



2.  
3.  
4.  
5.  
6.  
7.  
17  
1.  
2.

1716.

1. Bischoff, Franciscus Henricus: De usu VII sacramentorum in probatione, vel VII testimoniis compensacione criminis.
2. Boecerus, Johannes Henricus: de iudiciorum.
3. Felzius, Johannes Henricus: De electore Coloniensi.
4. Felzius, Joh. Henricus: De patria potestate.
5. Kast, Georgius Christopherus: De haemorrhoidibus.
6. Ledebur, Johannes Henricus: De galere veterum.
7. Ronel, David Nicolaus: De felonie.

1717.

1. Boecerus, Dr. Henricus: De singulari parentium iure.
2. Reth, Franciscus Henricus: Expositio l. 7. C. fin. reg. et portiones ej. cem. De procuratio in his.

1717.

3. Scherzius, Iohannes Georgius: De lege Rhoria dejectis  
4. Scherzius, Iohannes Georgius: De turbis in imperio R. Ger-  
manico ex elect. Electoris Bavari et Paderbei austriaci  
oris.  
5. Scherzius, Iohannes Georgius: De solutione particulari.

1718

1. Boeclerus, Iohannes Henricus: De iure representationis  
in successione feudalium.  
2. Mueller, Franciscus Antonius Josephus: Dimidatio in iure ex  
materia retractus conventionalis et gentilicis per quaestiones  
quasdam de facta.  
3. Scherzius, Iohannes Georgius: De pecunia

1719.

- 1a. Boeclerus, Iohannes Henricus: De personis feudi capa-  
cibus. 2 exempl.

2. Boeclerus, Iohannes Henricus: De advocateis ecclesiasticis-

1719

4. Fisces, Franciscus Melchior: *de jure piscandi.*

5. 5<sup>o</sup> Ioh' d, Fr. Fritschus: *de Jure in munitione singulare  
militari* - - - - 25 auct. 1719 - 1738

6. Scherius, Iohannes Georgius: *de beneficio inventariorum*

7. Scherius, Iohannes Georgius: *de jure bellorum in imperio  
Rom. Germanico.*

8. Som, Octavianus Hanmer, etc: *De orationibus*

Wurzeln der Pflanzen sind sehr  
lang geworden und gehen in  
eine dicke Rinde über. Einzelne  
Stiele sind sehr dünn.  
Die Blätter sind länglich,  
langgestielt, zweiteilig,  
die obere Hälfte ist  
länglich-pfeilförmig,  
die untere ist länglich,  
die unterste ist länglich-pfeilförmig.  
Die Blätter sind sehr  
langgestielt und  
die unterste ist länglich-pfeilförmig.  
Die Blätter sind sehr  
langgestielt und  
die unterste ist länglich-pfeilförmig.  
Die Blätter sind sehr  
langgestielt und  
die unterste ist länglich-pfeilförmig.  
Die Blätter sind sehr  
langgestielt und  
die unterste ist länglich-pfeilförmig.  
Die Blätter sind sehr  
langgestielt und  
die unterste ist länglich-pfeilförmig.  
Die Blätter sind sehr  
langgestielt und  
die unterste ist länglich-pfeilförmig.









J. K. J.  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**USU VII. SACRAMEN-**  
**TALIUM IN PROBATIO-**  
**NE, VEL VII. TESTIUM IN**  
**CONFESSiONE CRIMINIS,**

von  
**Besiebmungen,**

QUAM

SOLE JUSTITIÆ PRÆSIDE

*EX DECRETO ET AUTHORITATE*

MAGNIFICI JURISCONSULTORUM  
IN ALMA ARGENTORATENSIMUM  
UNIVERSITATE ORDINIS,

**PRO LICENTIA**

SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE  
CONSEQUENDI

**SOLENNI** Eruditorum Examini

submittit

*Ad Diem XX. Mensis Augusti Anno MDCCXVI.*

Horis locoque solitis

FRANCISCUS HENRICUS BISCHOFF,  
Argentoratensis.

*ARGENTORATI Literis JOSIAE STADELII, Acad. Typogr.*



P AR  
AFFINIUM HONORATISSIMUM  
VIROS  
NOBILITATE GENERIS, DEXTERIMA JURIS RERUMQUE  
GERENDARUM SCIENTIA, & MERITIS OFFICIORUM  
MAXIME CONSPICUOS,  
**D N M . A B R A H A M U M**  
**S T Æ D E L I U M ,**  
**D N M . J O H . B E R N H A R-**  
**D U M H E N N E N B E R G I U M ,**  
ILLUM  
J. V. LIC. CIVITATIS ARGENTINENSIS CANCELLA-  
RIÆ COMMISSARIUM MERITISSIMUM,  
HUNC  
SENATUS MINORIS IN PATRIA REPUBL. ACTUA-  
R I U M F I D E L I S S I M U M ,

HUJUS EXERCITATIONIS ACADEMICAÆ  
CONSECRATIONE,  
UT  
GRATI ERGA IPSOS ANIMI,  
REVERENTIAÆ ET PIETATIS  
MONUMENTO,  
VENERATUR  
FRANCISCUS HENRICUS BISCHOFF,

Benevolo Lectori

S. P. D.

JO. HENRICUS  
FELTZ,

U. J. D. Pand. & Jur. Canon.

P. P. Ord. p. t. Fac. Jurid.  
Decanus,



Icuti pro more Universitatis nostræ,  
quo sine Præside Candidati inauguraliter disputa-  
re solent, Decanus non nisi *Præsidem honorarium*  
*agere* jubetur, ita tunc demum lætabundus alacri-  
que animo id suscipit, ubi, quem in Cathedram deductu-  
rus est, ita disputaturum esse confidit, ut Facultati id non  
nisi *honorificum* esse queat. Quo nomine non est, ut hilari-  
orii unquam mente actui Academico præsedisse credar, quam  
nunc præsidebo, ubi in Cathedra fistam eruditissimum hujus  
Dissertationis Auctorem, Nobilissimum sc. ac Præcellentem  
Dnum FRANCISCUM HENRICUM BISCHOFFIUM,  
Argentoratensem. Hic enim, cum a prima pueritia egre-  
gias animi dotes egregie ac singulari cum sedulitate excolu-  
isset, cursumque, quem ita vocamus, humaniorum litera-  
rum atque Philosophiarum cum laude & applausu Doctorum  
suorum absolvisset, in Jurisprudentiæ inde studio tractando  
ita

ita versatus est, ut singulas ejus partes non festinanter percurreret, prouti hodierni Sæculi genius id ferre solet, sed curate exacteque peragraret, optimos in quaque auctores perlegendō, & Professoribus suis attente auscultando. Et, quod caput rei est, præcipuoque commendari meretur locos, non ille compendiū ac Systematibus, quod multi faciunt, nude fidem habuit, sed fontes ipsos, unde sua hauserunt, adiit, atque studiole exploravit, utrum ex fonte limpido & rivuli limpidi fuerint deducti. Itaque & ipsos juris Civilis Feudalis Canonicique textus adsiduo labore evolvit, & rerum Germanicarum scriptores vetustos ipse adiit, ex quibus addiscendum est, qui Reip. Romano-Germanicæ status in quem paulatim mutatus fuerit. Qua quidem ratione id effecit, ut non tantum applaudente Collegio nostro juridico ad ultimum, qui in Academia honores Doctorales præcedere solet actum admitteretur, sed & jure meritoque toti juventuti Academica in exemplum proponi queat, quod si sequantur, ad metam eruditionis bonaque mentis inoffenso pede pervenient. Quo minus dubitari potest, quin universo auditorio, quod actum hunc disputatorum sua præsentia ornaturum est, ex asse sit satisfacturus; ego, uti Patriam vel illam Remp. eius servitio se aliquando est addictus, felicem hoc nomine prædicare haud vereor, ita prudenterissimo integerrimoque Dno Parenti, atque toti amplissimæ familie Bischoffiana, quæ Consules jamdudum virosque publice utiles Argentorato nostro largita est, ex animo gratulator de germine adeò excellenti, Deumque veneror, ut labores eximios, quos Bischoffius noster constanter sustinuit, eximiis præmiis & honoribus compensare atque coronare velit. Vale L. B. & Candidato, quem producimus, pro merito fave. Scribebam in rusculo Schiltighemensi D. X. Aug. A. C. M DCCXVI.

B. C. D.

B. C. D.

DISQUISITIONIS JURIDICÆ;

D.E

USU VII. SACRAMENTALIUM IN PRO-  
BATIONE, VEL VII. TESTIUM IN  
CONFESSiONE CRIMINIS,

vulgò

von Besiebenungen/  
Præfamen.



E eligendo themate quodam Dis-  
sertationi Inaugurali idoneo so-  
licitus, animus erat, exhibito jam  
alia vice, ex Juris Publici fonti-  
bus hausto, specimine, privati juris pomæria  
nunc invisere; quod vero potissimum argumen-  
tum, ex variis illis quæ in hoc Oceano se ostendunt,  
delibarem, non abs re dubio necum pensitavi  
animo: tandem offerente se, inter reliqua argu-  
menta, disquisitione von der Besiebung/ termi-  
no qui crebro Argentine auditur, eius explicatio-  
nem loco Dissertationis suscipere & tractare con-  
stitui; quod & ex iis sit thematibus, quæ locum  
inter Disputationes vel Tractatus, quantum mi-

A

hi

hi constat, nondum obtinuerunt: Et cum postremo elapsis seculis vocabulum Besiebung, aliam sortitum sit significationem, ut tum alibi, tum Argentina, nunc confessionem criminis coram VII. testibus denotet, simul ansam suppeditet, modum procedendi in Causis Criminalibus in dulcissima Patria mea usitatum quodammodo illustrandi si buc accedit, quod processum criminalem medii et vi exponendo, una Ordinatio Criminalis Bamberensis nonnullis in articulis explicitur, huius electionem vero jungendam esse ei, qui Ordinationem Criminalem Carolinam bene intellectam cupit, eruditissimi Viri annotarunt. Ut proinde non verendi sint mihi ii, quibus otiosa hac videbitur disputatione, quod vel us ignota proponat, vel talia que non sunt ex usitatisimis, ultra qua non ascendendum esse sibi persuadent. Et si laudi fuit Aristoni habitum a Plinio VIII. Epist. 4. sic iuris publica ut privata, sic antiqua ut recentia, sic rara ut assidua tractare, eo minus vitio mihi versum iri sperabo, si in argumento hoc operam nonnullam et studium posuero. De cetero Benevolum Lectorem rogito, ut, quae rudi nimis M. nervas

nerva hic conscripta inveniet, praterquam quod  
via minus trita incidenti facillimum sit aberrare  
a recto, ingenii mei tenuitati, & ob instans iter  
properanti calamo imputet. Summus Jehovah  
laboribus meis benedicere dignetur.

## CAPUT PRIMUM.

*Quid propria & primæva significatione  
das Besiebnen designet,  
exponens.*



Um tanta sit humani cordis a teneris perversitas,  
tantaque malitia, ut citra contentionem cohabiti-  
tare humanum genus haud possit; fieri non po-  
test quin controversiae, jurgia & ex his homicidia, raptus,  
incendia, deprædationes, aliaque maleficia permulta, in  
omni societate convictuque civili oboriantur, nisi his malis obex-  
ponatur, commodisque occurratur remedii. Ejusmodi remedi-  
um haud dubie est Judiciorum publicorum vigor; sic enim inju-  
rias justitia finiente, & solita armis discerni jure terminante, quis-  
que sua consequitur, occasio sceleribus & violentiæ præscindi-  
tur, omnibus in tranquillo ac felici statu florere conceditur. Sine  
hac civitatis anima nulla Civitas, nulla Respublica vel tan-  
tillum subsistere potest, quin penitus corruat, si sublato Le-  
gum ac Judiciorum usu, detur venia licentiæ, & frænum la-  
xetur iræ & ultioni privatæ. Fuerunt hinc in omnibus omni-  
um gentium Rebuspublicis Judicia constituta, ut ex variis

A 2

an-

antiquitatis monumentis liquet. Juvathic audire HUGONEM  
**GROTIUM**, magnum illud in literis nomen, de origine Judi-  
ciorum *Lib. II. de Jur. Bell. & Pac.* cap. XX. §. 8. num. 4.  
optime ita differentem: sed quia in rebus nostris & nostro-  
rum affectu corrumpimur, ideo simul multæ familiae in upum  
locum convenerunt, judices constituti, & his solis data po-  
testas vindicandi læsos, adempta cæteris quam natura indulse-  
rat libertate. *Add. leg. XIV. Cod. de Judaïs.* Cæterum ut Judi-  
cia recte atque ex usu publico ordinentur, plurima requiruntur:  
ut cognitio facti recte instituatur, de facto cognito jus statua-  
tur, statuti juris executio rite fiat. Sed cum animus nobis  
sit de certo tantummodo actu judiciali, in Judiciis Crimina-  
libus Germaniae medii ævi, circa probationes delictorum ob-  
servari solito, agere, qui in monumentis illius tempestatis **Das Besiebenen** dicitur, itaque dimissis cæteris, quæ ad propo-  
situm nostrum conferunt adducamus. Et non leviter differ-  
entibus inter se Doctoribus in explicatione vocabuli **Besiebenen**/ & vel de Tortura, vel de repetitione confessionis in  
tortura coram septem Testibus, vel de more reum jurato  
convincendi criminis cum sex Sacramentalibus illud interpre-  
tantibus, quo eo felicius attingamus scopum, ordiamur ex-  
ponendo quæ Judiciorum ratio apud Germanos in Crimina-  
libus viguerit.

Antiquissimos Germanorum jam Judicia sua Cri-  
minalia habuisse, dubitare nos vetat **TACITUS** de *Mor. Ger- man.* Facies Judiciorum ætate Carolingorum quæ fuerit, ex  
CONRINGIO discere est §. 21. seq. *Dissert. de Judiciis Reipubl. German. & LEHMANN. Chron. Spir. Lib. II. cap. 28. 30.*  
Nam circa hæc, ut & quemadmodum post tempora Fran-  
corum, aliquot proximis seculis, habuerint sese Germaniae  
Judicia, nos non moramur; cum & difficile explicatu sit, eo  
quod paucissima extent monumenta quæ id ipsum significant,  
nec

nec terminus noster de cuius expositione instituta tractatio; in chartis illorum seculorum occurrat. Ergo incipiamus a seculo decimo tertio, & iis temporibus, quibus Speculum Saxonum Suevicumque lucem aspicerunt. Ubi eum facem nobis in re obscura accenderit sub praesidio Illustris THOMASII habita *Dissertatio de Occasione, Conceptione ac Intentione Constitutionis Criminalis Carolina*, pricipua inde exerpta hic subjecere compendium laboris fuerit. Constat igitur, illo decimo tertio Seculo, apud Germanos, vix vestigium processus inquisitorii adhibiti extare, processum accusatorium autem quam maxime in usu fuisse. Dijudicabantur causa criminales minoris sortis hominum in hoc processu, facta distinctione inter casum duplicum: vel enim delinquens, in ipso crimen vel fuga deprehensus, accusabatur statim (*mit Handhafte That/*) vel demum die subsequente, aut alio postea tempore actio instituebatur (dicebatur *unhandhafte/ übernächtige That.*) Utroque casu distinguebatur an reus esset praesens, an vero aufugisset. Si reus in facinore deprehensus non aufigerat, tunc cum clamore (*mit Gerufft*) ducebatur ad Judicem, & statim convocatis Assessoriis causa cognoscetur. Fatente reo non opus habebat probatione actor; negante vero, debebat facinus negatum probare jurato cum lex aliis Juratoribus, & tunc absque mora (nam mos ante executionem reo adjungendi sacerdotem, ex processu inquisitorio Cleri transisse in processum accusatorium Laicorum pededentim videtur) sententia capitalis a Judice & scabinis dictabatur, ac executioni statim dabatur. Quodsi delinquens in delicto deprehensus tentaret aufugere, & accusator cum clamore eum persequeretur, quilibet concivium tenebatur reum fugientem persequi; Si vero aufugisset, ut nesciretur quorum se contulisset, tum, si accusator septima manu probaret crimen, statim in bannum declarabatur. Ac-

A 3  
cusati

cusati de crimine non deprehensi in facto, non poterant convinci per testes, nec cum clamore accusari, sed semper se liberare poterant juramento purgatorio, nisi essent infames (rechtloß.) Hi enim accusati non admittebantur ad juramentum purgatorium, sed habebant electionem purgandi se per ferrum candens, aut aquam feryidam, aut duellum. Proabantur hæc singula ex Speculo Saxonico vid. Lib. II. artic. 35. 36. 64. Lib. I. art. 39. 55. 66. 70. Speculum Sueicum (quod juxta CONRINGIUM cap. 30. de origine Juris German. ubi de authore, etate, auctoritate horum Speculorum agit, recentius est Speculo Saxonico, SCHILTERO tamen contrariam opinionem defendant in *Prefatione ad Jus Fendale Alemann.* §. 17.) licet in multis non adeo recedat a Speculo Saxonico, de accusatione tamen rei in facinore deprehensi singulare jus profert, dum non memoratur eo in casu clamore fuisse opus, nec septem præcise testibus. Suppleri tamen voluit hunc defectum durch den wahren Schub / id est, per indicium rei furtivæ vel per vim ablatæ reo impositæ cap. 162. §. 5. 163. §. 3.

Sufficiunt hactenus allata ad facilius demonstrandum quid nomine der Besiebung propriæ continueatur. Scilicet vi primæ significationis, in probatis monumentis ei attributa, (quid hæc vox sequioribus seculis denotet, de eo in capite II. differendi locus erit,) das Besiebend seu die Besiebung est actus judicialis, quo accusator delictum rei in facinore deprehensi, sed illud negantis, per juramentum VI. Sacramentum, una cum accusatore jurantium, probatum reddit, eo effectu, ut judici nullæ alia postea sint partes, quam ut condemnet. Et verbum besieben pro quo & legitur besieben / besiebenden / besiebnen / übersiebenden / übersiebnen / idem significat ac reum convincere jurato cum sex conjurantibus, einen schädlichen Menschen überkommen / mit sechs erbaren  
Mann

Mannen Eyde/ so daß der Kläger den sibenden Eyd selbst  
thuf. uti vox Ubersibenden explicatur in Privilegio FRIDE-  
RICI Austr. de anno 1321. vel ut in Privilegio Campidunensi-  
bus a LUDOVICO Bavaro anno 1331 dato habetur: wann der  
Kläger das Mensche/ das er für Gericht geantwortet hat/  
überkommt mit sechs unversprochenen Mann/ daß sein  
Hand die sibend ist/ mit gelehrten Eyden. Non obscure  
haec indicant; quia septem Juratores erant; modum huncce  
probandi nomine **Deß besibniens** fuisse insignitum in antiquis  
tabulis; quarum tenorem deinde proferam.

Originem hujus probandi moris, de qua ut videamus:  
boni ordinis ratio postulat, quod attinet; fatendum est de-  
signationem illius difficilem esse, nec Legibus, nec Histori-  
cis tempus, vel occasionem introducere hujus Probationis per  
VII. Conjuratores, consignantibus; a consuetudine tamen il-  
la se purgandi, seu innocentiam suam probandi per VI. te-  
stes, repetero natales **der Besiebung**/ moremque proban-  
di delictum per VI. testes forte a veritate non adeo alienum  
erit. De quo ut eo melius constet, quædam de Purgatio-  
nibus illis præmittere luber.

Probitas & fides cum pro misera mortalitatis condi-  
tione a mortalibus fere exultet, ad alia media eruenda ve-  
ritatis fuit configendum. Fuere autem in his mediis seli-  
gendifis in primis infelices illæ gentes; quæ leges Apparentes,  
vel, ut ipsæ eæ vocabant, **Judicia Dei**, **GÖttes Urtheil**/ unde  
Ordalia antiquitus dicebantur; pro legitimis examinum  
probationumque generibus agnoverunt. Foedabat & Ger-  
manorum Judicia ab antiquissimis temporibus hic mos, ut li-  
res subortæ; vel suspecta crima; si apertissimæ probationes  
deficerent, Duellis, vel ferri candardis tacu, immissione in a-  
quam servidam, vel gelidam, (die **Hexen-Probe** novioribus  
seculis vocata) examine per Sacram Eucharistiam, Symbolo  
**Crucis**,

Crucis, Offa Judiciali, Caseo execrato, Sortibus dirimerentur vel diluerentur. Et quod adhuc magis mirandum, Purgationes hæc, solo duello excepto, a Clero non solum tolerabantur, sed & diu satis approbabantur. Quamvis autem Judiciorum horum Divinorum & Legum Paribarium, ut vocantur, usus paulatim iterum exolesceret a tempore Friderici II. Imp. & Concilii Lateranensis anno MCCXVI. habiti: remansit tamen alia Probationis species: Jusjurandum scilicet, seu Purgatio Canonica, ita dicta quod non vulgo solum usitata, sed & Pontificum Canonibus prodita & approbata esset. Hæc firmioribus fundamentis subnixa, nec sine gravi justaque causa introducta videtur, quando, deficiente candore hominum, in omnibus quæ agimus ferme opus habeamus sive documento, sive teste. Ita parum facit veritas, ita vix nullum nomen est fidei. (SIMON, *Dissertat. de Sacramentalibus* §. 7.) Hinc cum sèpissime per propriam confessionem, vel testibus, vel facti ipsius evidētia rei de crimine convinci non possint; non idcirco statim absolvendos, sed si laborent gravi scando, aut alias onerati sint criminis suspicione, indicendam a judice eis esse Purgationem, qua jurejurando innocentiam suam testentur, statutum est. Originem hujus juramenti purgatoriæ ex *Jure Mosaico* quod habetur *Exod. XXI. 8. 9. Deuteron. XXI. v. 6. 7.* deducere nonnulli satagunt. vid. tamen ZIEGLER. *ad Lancellotum Lib. IV. t. 2. §. 2.* add. SIMON *Dissert. alleg. §. 6.* Et in jure Civili evidētia deprehendimus hujus jurisjurandi vestigia confer. 6. §. 4. vers. sicubi Cod. de his qui ad Eccles. config. Leg. fin. §. 5. Cod. de Jur. dom. impetr. Leg. fin. §. 10. Cod. de Jur. delib. Autem itaque tantum est hoc Juramentum Jure Canonico, adjunctis Compurgatoribus, vid. for. tit. de *Purgatione Canonica*. Receptique sunt hi Purgatores non solum in foro Ecclesiastico; sed & in foro ac causa seculari, jure moribusque variarum gentium,

præ-

præcipue Longobardorum, Francorum, Alemannorum, antiquitus inolevit, ut, cum ob inopiam probationum, aut alias litium celeriter expediendarum gratia, jusjurandum deferendum esset, ad jurisjurandi religionem plerumque non is solus, cui deferebatur, admittetur, sed & vitandi perjurii causa aliorum simul adjungeretur fides; qui non quidem revera ita esse, sed tantum se credere illum vera iurasse, religiose testarentur, ipsius videlicet innocentia & probitate confisi. Delecti hi testes Sacramentales vulgo vocantur, item Confasmentales, Sacramentarii, Juratores, Conjuratores, Purgatores, Compurgatores, Juramentales. vid. Du FRESNE in *Glossar. Latino Barb. voce Juramentum.* Et Dnus SIMON, Antecessor Hallensis, in Dissertatione quam inscripsit *Sacramentales.* qui authores cætera eorum requisita recensent, ut quod deberent esse tales, qui pro viris bonis seu Legalibus, & testimonium perhibere idoneis habebantur, reo vicini, cognati, qui vitam rei exploratam haberent, ejusdem conditionis & ordinis quibus reus vel actor quandoque & paris sexus, nominandi vel a reo, vel auctore &c. Ritum quo conjuratores illi Sacmenta sua dicebant, describit Lex ALAMANNORUM Tit. VI. §. 7. adde HACHENBERGI *Germaniam Međiam* Dissert. III. §. 17. pag.m. 57. De numero eorum quædam hoc loco addere non poenitebit. Augebatur numerus horum Sacramentalium pro rei vel causæ, de qua agebatur, momento; sic reos unica manu, id est, cum uno Sacramentali, tertia, quarta, quinta, sexta manu, hoc est, sua & quinque aliorum, Deo innocentiam suam commendasse legimus. Sic Du FRESNE in *Glossar.* loc. cit. probat Sacramentales in variis Legibus 20. 30. 40. 50. 70. 80. 100. requisitos fuisse, imo & trecentorum testimoniis exemplum ex GREGORIO Turonensi adducit HERTIUS in Notit. Regn. Franc. pag. 426. Sed quamvis numerus Compurgatorum judicis sic arbitrio relictus esse videatur; cuivis tamen, Canones Constitutionesque illas in qui-

bus Juratorum fit mentio, excutienti, colligere licet, Sacramentum cum septima manu, seu cum sex Sacramentalibus, & Sacramentum cum duodecima manu ex usitatoribus suis. Exempla copiose affert Du FRESNE loc. jam alleg. Ratio in eo sita esse videtur, quod, cum numero septenario divinitatem quandam inesse plurimae gentes persuasæ essent, & hunc adhibere in usu sanctissimo jurisjurandi amarent; in honorem XII. Apostolorum autem numerus duodenarius ceteris præferebatur juxta Glossatorem. Locum denique habebant hi Purgatores in variis causis, Feudalibus, Matrimonialibus, Injuriarum, Homicidii, Legitimatis, fractæ Pacis & aliis. Hoc tantummodo addo, referre SIMONEM in allegatae Dissertationis §. 13. ex GREGORII Turonensis Episcopi Lib. IV. cap. 32. exemplum patris, Parisii pro filia pudicitia, jurantis.

Defendentibus sic se reis in plerisque litigiis Juratorum ope, facile deinde fuit horum autoritatem ampliare, ita, ut qui antea in innocentia præsidium acciti Confacramentales, nunc ad firmandam una voce, communique testimonio sceleris suspicionem, assumerentur; & sicuti justum & innocentem illum reputabant hominem, qui, tot viis honestis stipatus, innocentiam suam probatum veniret, ita nec illius accusacionem rejiciendam esse arbitrati sunt, qui septima jurantium manu scelus alicui imponere paratus est. Et hæc delicti impositio, quod septem virorum fide dignorum juramento fiebat, a Germanis Das Besibnen vocata est; vocabulo hoc, quod vi originis sua ad omnes actus, ubi septenarius numerus requirebatur, extendi potuisse, ita ad hanc Probationem criminis restricto, ut innocentia probatio per VII. testes nunquam sub eo venerit, quantum mihi constat; cuius ratio forte in eo sita est, quod Sacramentalium reum defendantium numerus, haud raro pro momento cause augebatur, secus ac actori assistentium, nec enim ultra VII. Sacramentales hoc casu unquam petitos fuisse memini.

Vifa

Visa sic origine, causa etiam quæ impulit indaganda  
 est. Ponimus autem causam assunti hujus processus criminis,  
 per Sacramentalium productionem instituendi, in defectu  
 aliarum exquirendæ veritatis viarum. Aversati enim fuere,  
 ne cum receperant Teutonicæ gentes (ut adhuc hodie An-  
 gli) severam indagationem per tormenta querendi; vel quod  
 liberos & ingenuos homines torturæ subjicere injustum puta-  
 rent; vel quod Germanis illorum temporum, tanquam ho-  
 minibus robustis valde, & sicut laborum, ita & dolorum pa-  
 tientibus, minus opportune accommodari severas quæstiones  
 autumarent; dum natura corporis, vel consuetudine dolen-  
 di, accedente supplici metu, vim tormentorum perfere  
 facile iis esse videbatur; quo ergo casu allii populi ad elic-  
 endam veritatem tormenta admovebant, ea fere criminis  
 Germani per Purgationes vulgares, quarum supra mentio fa-  
 cta, detegebant. His tandem pededentim abrogatis, in ca-  
 su difficultioris probationis nullum remedium indagandi veri-  
 tatem illis restabat; ergo considerantes reum indicis non  
 satis gravatum testimonio Juratorum, qui innocentiam ho-  
 minis assererent, amoliri crimen objectum a se posse, eos  
 dem Sacramentales in gravioribus causis accusatori addidere,  
 & ad condemnationem rei momentum afferre juserunt. Con-  
 tulit autem non parum ad hanc receptionem Mos gentis Teu-  
 tonicæ, actorem vera dicere, nec calumniari, præsumentis;  
 & ideo majori favore eum præ reo prosequentis; unde eti-  
 am si non plene probaverit actor, pro ipso tamen ferendam  
 esse sententiam, si juret in supplementum, opinio erat, con-  
 fer. Lib. I. art. XV, Spec. Saxon. ubi actori nihil probanti met-  
 tertio juramentum potius imponitur quam reo; & Decus  
 Academiæ Argentinensis SCHILTERUS Exerc. ad π. XXIII. §.  
 62. ubi ADOLPHI Imperatoris Constitutionem, in Curia No-  
 rica promulgatam, allegat, qua sanctum est: ut partis affir-  
 man-

mantis probatio cum duobus testibus, ita quod manus affirmantis sit tertia, potius sit admittenda, quam partis contrarium afferentis. Cum itaque jure Germanico, & moribus, & opinione vulgi, major favor actoris quam rei se proderet contra l. 125. π. de Reg. Jur. & querela actoris ut justa & fundata consideraretur, etiam in causa criminali, (accidente forte speciali ratione ex odio maleficorum,) Jusjurandum, cuius maxima semper vis & religio fuit apud Germanos, ut supplementum aut subsidium deficientis probationis admiserunt, ad evitanda autem perjuria Sacramentales adjunxerunt juranti. Insignis est in hanc rem locus SCHILTERI Exerc. ad π. XXIII. §. 6. ita pronunciantis: Teutonicis gentibus ut in aliis mores sanctiores ita etiam major jurisjurandi religio semper fuit: adeo ut non satis esse reputarent, actorem vel reum ipsum jusjurandum præstare, sed requirebant etiam certo numero, pro causarum diversitate, conjuratores. addc §. 7. dictæ excitationis.

Sic ergo Sacramentales nunc reo se defendant, nunc actori accusanti præsidio fuerunt. Evidem haud absque ratione de justitia hujus procedendi rationis dubium alicui oboriri posset, cum indubitate indicia ad condemnationem hominis requirantur, de quibus exigua in hoc processu per conjuratores fit mentio; & fateor (licet de cætero cum iis sentiat, quibus nimis ille reorum favor non probatur, quibusque nec in jure nature fundatus videtur.) æqua lance utriusque, & accusantis & accusati, favorem hic consideratum fuisse asseri non posse; nisi ad excusandum hoc procedendigenus, per quod durior conditio rei facta videtur, conducat, quod ex primæva (quantum indagando assequi potui) hujus probandi modi institutione, Sacramentalium usus tantum eo casu esset, si Iesus maleficum, in flagrante delicto deprehensus, illoco, eodem adhuc die, cum clamore accusaret,

tenui

tenui vi tributa querelæ, quæ in continenti non esset  
mota.

Intelligitur ex his, ut accusati, hac ratione convicti,  
ad debitam poenam vocari possint, finem deß Besibnens  
fuisse. Contra quos Sacramentales produci poterant nunc  
videndum. Sunt illi potissimum ij, qui in privilegiis Cæsarum  
schädliche Leute appellantur, sub quibus, ut ex privilegio-  
rum de hujusmodi farinæ hominibus conceptorum compa-  
ratione patet, veniunt non omnes omnino delinquentes,  
sed qui latrociniis, prædatione, incendiis, diffidationibus, si-  
milibusque maleficis quieti & saluti publicæ nocent, priva-  
torumque patrimoniis damna inferunt; exempla privilegio-  
rum die schädliche Leut ad tales facinorosos restringentium  
prostant apud Celeber. *DATTIUM de Pace Publica Lib. I. cap.*  
*I. num. 64. seq. adde Autorem Actorum Lindau. pag. 651.*  
atque plerumque in privilegiis, probationem per juratores  
permittentibus, injungit: daß der Kläger schwört daß  
der Beklagte ein schädlich Mann sey Land und Leuten/  
sive sein und deß Landes schädlich Mann. Hos maleficos  
illos esse, qui septima manu rei coarguuntur, etiam declarat *In-*  
*scriptio Privilegii, Lindaviensibus a FRIDERICO Austriaco con-*  
*cessi, apud Autorem Actor. Lindau.* sic concepta: wie man  
schädliche Leut übersbenden mag. Igitur objectum, sive  
illa quæ sub probationis per septimam manum ambitum ve-  
niunt, sunt prædationes, latrocinia, furtæ, incendia, diffida-  
tiones, rupta pax publica & hujus generis delicta, ob quæ  
laesus, vel is, in cuius damnum redundat facinus, judicem  
adit, justitiam postulans.

Pergo ad considerandas qualitates & circumstantias,  
quæ ut Probatio per Sacramentales locum habeat, adesse de-  
bent. Cum enim effectus praestiti hujus Sacamenti sit con-  
demnatio rei & poenæ applicatio, Juratores vero de credu-  
litate

itate tantum, non de veritate, testimonium suum afferant; opido constat, solam per *Conscriptuales* criminis imputationem, ad reum morti addicendum haud sufficere. Proferit tamen hic necessum habemus, normam, ad quam omnis hic processus per *Sacramentales* vocari posset, nobis deesse. Nec enim, judice certissimo *Antiquitatum Germanicarum* Statore, Celeberrimo *DATTIO*, de *Pac.* *Publ.* Lib. I. cap. I. num. 62. exulta satis est hujus Processus Criminalis Historia, forte etiam ejus ratio regulis constringi nequit; quoniam tamen de exercitio ejus ex Diplomatibus aliquatenus constat, itaque haec nobis ad processum hunc delineandum inservient. Offerunt se autem quam maxime variantes, in describendo quando Probationi per Juratores locus sit, chartas quas ponderantes, si pro diversis confectorum illorum privilegiorum temporibus, & diversum der. *Besiebung* exercitum fuisse afferamus, a vero forte non adeo ab ludere videbimus.

Originarius & antiquissimus Juratorum in probando crimen usus, juxta Speculum Saxonum, quo antiquius documentum hac de re agens, mihi inspicere non licuit, in eo consistere videtur, quod reus in recenti delicto deprehensus, illud negans, ab accusatore cum sex aliis conjuratoribus esset convincendus. Expressus in hunc finem est *Articulus LXVI.* Lib. I. Spec. Sax. *wen man in handhaffer That fehet/ als er gefangen wird/ soll man ihn nicht zu bürgen geben/ sondern man soll ihn für Gericht bringen/ und selb sibend soll ihn der Kläger der That überzeugen.* Adde ejusdem Libri articulum *LXX.* Lib. II. art. *LXIX.* Et *Glossam German.* ad Lib. I. Spec. *Sax. artic. LXIV. verb. also soll man auch.* Explicabunt sine dubio multi hos textus de veris testibus, de factorum veritate depontibus, sed non requiri praeceps his casibus testes, qui ipsam facti veritatem afferant, & sufficere, si id solum juramento firment, quod veritati cum litasse credant, qui justitiam ac-  
cusa-

curationis juramento probavit, concludo ex artic. 88. Spec. Sax. Lib. III. ubi probe discernitur juramentum principalis a jurejurando testium, his verbis : wann der Mann gesagt wird / so muß der Kieger allererst auf ihn schweren/ daß er der That schuldig sei/ darum er geechtet ist / das im Gott also helfe und die Heiligen; darnach sollen schweren seine Zeugen/ das sein End rein sei/ und nicht meinendig etc. Habet hic juramentum veritatis a juramento probabilitatis bene distinctum. Ad hoc autem juramentum ut deveniri posset, per Speculi Saxonici jura requirebatur comprehensio rei, ita facta, ut aliter quam illum maleficum esse concludi non posset; requirebatur accusatio in continentia facta; requirebatur clamor (gerufft / Zettergeschrey / vid. Be-  
SOLD. Thesaur. Pract. caterique Observationum Practicarum Collectorum hac voce) accusationis ob manifestum delictum institute index. Hæc si concurrebant, quo adhuc cautius in fundendo sanguine procederent Germani, juramentum, quod maximi aestimabant, injungebant accusatori, præstandum cum sex viris, quos, quemadmodum accusatorem ipsum, tales esse oportebat, in quos perjurii suspicio non cadebat; horum deinde enunciationi omnino standum esse judicavere. Et profecto postremæ nota hominem eum esse oportet, quem septem integræ illæque famæ viri, (qui haud dubie non tam facile præsto erant accusanti, quam reo se defendant), tanquam sceleratissimum mortem meritum esse credunt. Modicus igitur, nec adeo improbadus, secundum Speculum Saxonicum usus fuit Probationis per Sacramentales; cum nonnisi eo casu, quo comprehensio in facinore, vel in fuga, vel res apud aliquem inventa, & ita custodita, ut aliis quam ille apud quem inventa est, illam posuisse non potuerit, (nam hæc sub der handhafsten That comprehenduntur per artic. 35. Lib. II. Spec. Sax.) quem nocentem peragunt, admitteretur. Et hunc juri

in Speculo Saxonico descripto originem debere videntur cæ  
 consuetudines, quæ neminem, nisi Sacramentalium septima  
 manu reum, ad morteni damnare, etiamsi delictum & indiciis  
 apertissimis, & fama publica esset notiorum sinebant; quem-  
 admodum de hoc more, non uno in loco servato, constat  
 multorum Diplomatuni testimonio. Expressæ in privilegio MA-  
 XIMILIANI I. Imp. Friderico Limburgensem Baroni anno 1498.  
 dato hec habentur: Dass bisshero in den Limburgischen  
 Halsgerichten eine Gewonheit und Herkommen gewes-  
 sen/ wann schädliche Leute in denselben seinen Gerichten  
 betreten/ Dass die umb ihr Misseschatt/ wiewohl wahrer  
 Schueb / oder gichtiger Mund vorhanden wäre/ mit  
 sieben Mannen/ so darum ihr End thun müsten/bezeuget/  
 und damit vom Leben zum Tod bracht würden : etc. Ap-  
 paret ex his VII. requisitos fuisse Sacramentales licet & indi-  
 cia wahrer Schub / & fama publica gichtiger Mund/ i. e.  
 gemeine Ruff/ quod in fine privilegii per Leumuth explicata-  
 tur, aliquem reum agerent; & videtur vi hujus consuetudi-  
 nis das besibnen loco confessionis fuisse, quod magis firmant  
 reliqua hujus privilegii verba, causam abrogationis indican-  
 tia: und weil dadurch das Ubel ungestrafft bliebe: so haben  
 kehserliche Majestät diese Gewonheit abrogiret, uss das das  
 Ubel gestrafft / der gemeine Nutz befördert/ und den Rech-  
 ten sein Lauff gelassen werde / und auff wahren Schueb/  
 gichtigen Munde oder Leumuth/ und ihr selbst Bekent-  
 nuz richten und straffen/ und die Ubelthäter ferner zu ü-  
 berseibnen nicht schuldig seyn sollen. Profert hoc privile-  
 gium WEHNERUS sub voce Besiben/ qui se illud Speckfeldii in  
 Registratura Limburgensi vidisse memorat. Illud & obser-  
 vare licet morem zu Besiben in hoc privilegio memoratum,  
 non præcise respicere casum deprehensi in ipso facinore rei ,  
 ut Speculum Saxonum; sed & ex Suevici Speculi juribus  
 quid

quid trahere, dum deß wahren Schubs meminit; quam maxime autem ab hoc Suevico recedere, licet der wahre Schub adesser, & indicia quem reum agerent, tamen Probationem per Juratores adhuc postulando ad promovendam rei condemnationem; valente nimirum hic locorum illo *JUVENALIS Satyr. VI.* Nulla unquam de morte hominis cunctatio seraeſt. Huc quoque collimant Privilegia in Marchionatu Burgoico, item in Rechbergiorum ditionibus, consuetudinem adhibendorum, ad omnem condemnationem reorum septem Sacramentalium, daß die übelthätige Personen haben allwegen müssen übersibnet werden/ in veteratum morem fuisse, declarantia apud Dn. DATT. Lib. I. de Pac. Publ. cap. I. num. 79. & 80. & a nobis infra inserenda. Nec multum, meo judicio, recedere videtur ab hoc modo zu besibenden/ Processus Criminalis Gemündæ Sueviæ civitati observatus Seculo XIV. cuius descriptionem, si, ex Relatione illa, quam ipsi *Gemundenſes* anno M CCC LIV. Alberto Judenpretero, Senatuique *Argentinense* de hoc ipso negotio transmiserunt, & quam ex antiqua Scheda mecum communicavit Consultissimus Dominus *WENCKERUS*, heic loci dedero, id non injucundum erit legere, quibus res antiquæ Germanorum non sordent. Erat autem Gemundenſibus hoc moris Wann man einen von dem Eyhe mit den Rechten bringen wolle / scilicet: Es müsse der Eläger oder der welcher an dem Schaden teil gehabt / kommen für Gericht / und mit Imme neminen Gefellen oder Frunde / daß er selv Sybende sey / alsdann müſſt er den beklagten berufen / daß er sin schadelich Mann sy / und deß Landes / und elage das zu Im mit Fürsprechen / so wird erteilt schlechtiglichen / daß er deß zu den Heiligen sworen müſſt / so er das getan / so schwörn die sechs zehant nach Im / daß derselbe Eyde raine sy / und nit matne / damit hat er zehant das Leben verloren. Nulla quidem hic mentio fit der handhaftien That/ ad modum tamen processus Criminalis, in Speculo Saxonico descripti Gemundenſum in criminalibus procedendi ordinem se habuisse, clamor hic requisitus indicat;

C

dicitur

dicitur enim er muss den beklagten berussen; de jure Saxonico autem clamor, Gerüfft / Zetterschrey / solennitas erat in accusationibus instituendis adhibenda, & fuit clamor hic in criminalibus judicii initium, Land-Recht Lib. I. art. 62. Das gerüfft ist der Klagen Anfang. Porro jure moribusque Gemundenium, ut in antea allegatis locis, neminem capitatis damnari potuisse, nisi septima jurantium manus ad criminis comprobationem fuisse admota, ex eo colligitur, quod generalioribus verbis dicatur hanc procedendi normam esse servandam wann man einen von dem Lybe mit den Rechten bringen wolle / id est, si jure & rite per judicis sententiam supplicio quis addici, vitaque ei adimi debeat. Lybe enim haud raro vitam denotat, ut id egregie, ut omnia sollet, demonstrat Excellentissimus Dominus SCHERZIUS, Patronus ac Praeceptor meus nunquam sine summa laude nominandus, in Dissertatione Inaugurali de *Dotalitio* §. 3. Declarat simul charta hæc accusatoris fuisse eligere Sacramentales, addit tales esse assumendos in testes probabilitatis, qui vel ejusdem ordinis & conditionis cum accusatore, vel ejus cognati, amici, quibus scilicet mores & vita accusantis cognita erat, ut eum non pejeraturum verosimiliter afferere possent. Porro notandum hic venit, quod, Advocatos in causis criminalibus nunc etiam admissos fuisse, Scheda hæc testetur.

Expositum est hactenus, quibus casibus secundum Saxonici Speculi ductus, Criminis probatio per Conjuratores locum habebat; sed intra tam arcos limites non persistit, extensa potius est Sacramentalium in probando crimine authoritas, etiam ultra casum rei in flagrante delicto deprehensi, & solidationi accusatoris tanta fides habita, ut decernetur Probatio per Juratores. Seculum decimum quartum est quod faciem processus Criminalis Germanorum ita mutavit; in hu-  
jus:

ius eni n Seculi Diplomatibus, & Speculo Suevico, verosimilius illius ætatis fœtu, vid. Magnum CONRINGIUM de Origine Juris Germani, cap. XXX. frequens mentio fit des wahren Schub/ clamorem autem, vel VII. Sacramentales, præcise requisitos fuisse in accusatione rei, in manifesto delicto deprehensi, non memoratur, unde videtur loco eorum probatio introducta durch den Schub / quem THOMASIUS §. 23. alleg. Disput. exponit, per indicium rei furtivæ vel per vim ablatæ reo impositæ; wann etwas von dem Raub/Diebstahl/Mord/ bey dem Thäter gefunden würd / Autor ACTOR, LINDAU. pag. 653. vid. SPECULI SUEVICI cap. 162. §. 5. 172. §. 3. 190. 210. & in primis cap. 160. §. 2. quod omnium optime exprimit qua ratione criminis reus aliquis arguebatur durch den Schub. Es geschicht oft/ (ita verba sonant) daß man diebig oder raubig Gut in eines andern Gewalt findet/ und schreiber es uss einen andern/ und der auch uss einen andern/ und also diec wird es geschoben / unet es kommt an den der es verstohlen oder geraubet hat/ uss den soll man es schieben/ und soll jener des schweren/ daß es im gestohlen sy worden oder geraubt/ und wann daß geschehen ist/ so soll man in darum hencken ic. In hac probatione durch den wahren Schub aliquis tamen usus Juratorum fuit, cum plerunque, qui reo crimen imponebat, tertia manu juraret. HABES Privilegia hoc continentia apud Autorem Actor. Lindau. pag. 653. a LUDOVICO BAVARO anno M CCC XXXI. Lindaviensisbus & Campidunensisbus impertita. Deficiente vero impositione criminis durch den Schub/ solennis mos fuit illa tempestate, processu criminali instituto, ad VII. Sacramentalium, inter quos tamen accusator ipse erat, opem recurrere; licet accusatus neque in facinore esset deprehensus, neque indicia eum detegent. Derivat hanc veteris Juris Germanici immutationem THOMASIUS in Disput. de Occasione Concept. ac Intent. Constitutionis Criminal. Caroline §. 22. a Pontificum mores veteris processus criminalis emendandi (ut ipsi videri volebant)

bant) studio. Displicebant in Speculo Saxonico Clero Pontificio per multa; unde & a Gregorio Pontifice damnatus fuit hic liber, (inter alia etiam Imperatoria jura nimis contra Papae ausa propugnans,) vid Bullam Gregorii Pont. Rom. eum in finem editam, sed absque die & consule a ZOBELIO Speculo Saxonico annexam, adde CONRING. de Orig. Jur. Germ. cap. XXXI. Displicuerat & illud, quod moribus Saxonis, in Speculo descriptis, in facinore non deprehensus per testes convinci non posset; ideo ad abolendam hanc, ut putabant, iniquitatem, processum inquisitorium huic caui applicarunt. Cum ad illustrationem hujus conferre videatur locus, quem ex JOHANNIS HOCSEMI Vita Adolphi a Marca Episcopi Leodiensis cap. V. adducit DATTIUS de Pac. Publ. Lib. IV. cap. 2. num. 62. non possum quin illum apponam. Erat, inquit, Lex quaedam per abusum longis temporibus usurpata, que Lex Caroli dicitur, inter cetera continens, quod, si quis hominem interficeret, etiam videntibus Villico & Seabinis, nisi villicus factum hoc verbaliter ponebat in custodia scabinorum, (id est, nisi cum clamore reum statim accusaret) etiamsi malefactor caput intersecti sub sua ueste portaret, ad judicium accusatus, nullis probationibus convinci poterat, sed suo se juramento purgans absolutus recedebat impune. Contra quam Legem Episcopi ex alto Dominio contra maleficos introducta rationabile Consuetudine, inquisitione facta per testes, excessis secundum facti merita puniebant, sed hac solu[m] contra miseros utebantur: nam quoties poicens in Terra delignerat, Carolina legis auxilium implorabat, & sic delicta plurima frequenter impunita manebant. Quanquam autem hec Hocsemii explicatio Legis, quam cum communi turba in Carolum auctorem refert, menti Speculi non adeo conveniens sit, cognoscimus tamen ex hoc loco qua ratione processus inquisitorius in Germania pededentim fuit introducius. Et ex hocprocessu Cleri inquisitorio verosimiliter, iudice

dice THOMASIO alleg. Disp. §. 23. in Speculum Suevicum & forum seculare translata impositio criminis durch den Schub/ promptis, in illis superstitionis temporibus, hominibus, ad imitanda facta Cleri. Factum exinde, ut, studio vindicandi delecta, non amplius attenderent, an ob deprehensionem in ipso facinore, eodem adhuc die, cum clamore quis reus a- geretur; sed permitterent etiam postera die accusatori cri- men, cuius quem incusat, per indicia vel testimonia detegere. Invaluit itaque & Probatio per testes in accusatione non de- prehensi in flagrante delicto rei, & quidem initio sex veri te- stes circa accusatorem requisiti videntur, postea unicus accu- sator & sex sacramentales, magis de probabilitate, quam fa- eti veritate, jurantes. Distinctiorem cognitionem haec tenus dictorum dabunt Diplomata Privilegiorum Cæsareorum, illo XIV. Seculo concessorum; quorum primum mihi lectum est FRIDERICI Austraci, Lindaviae ad instantiam civium abro- gantis veterem accusandi morem mit dem Bimuffte/cum cla- more, quod occasionem hostilitatibus dabat; (nam si depre- hensus aufugeret, tenebantur clamantem sequi omnes adulti laici, & obsidere castrum quo se receperat aufugiens, uti ha- bet artic. 71. Lib. II. Spec. S. x.) & constituentis, ut si reus non posset convinci mit dem Rechtschub/per indicia, sex te- stes contra eum produceret accusator. Tenor privilegii Lin- davienibus anno M CCCXXI. dati, quod ab AUTORE A-CTOR. LINDAU. pag. 651. seq. explicatur, & inscribitur König Friderichs Freyheit/ wie man schädliche Leut übersiben- den mag/ hic est: Uns ist zu kommen/ und zwifsende gehane/ das die Ersame Bürger je Eindwe/ von alter am Gewonhaft an uns her- bracht haben. Swillich schädlich Mann oder Wib/ in Jr Gerichte fäim gebunden oder gefangen/ oder von Schulden in Jr Gerichte geantwurten werden: das denselben Mann oder Wib nieman übelzkommen (über- kommen/ überweisen) mochte noch solte/ wann mit dem Bimuffte/ den sy von alter Gewonhaft her hand behalten/ wann wir uns nun des vers-

standen / daß täglicher gepræst und Schade/ und Krieglichkeite/ hostilitas hieron kämen möchten : recht/ so haben wir in ein besonder Guade getane und wessen/ welche schädlich Mann oder Weib zu Eindwe in das Gericht käme/ bey dem diti ware schulde/ und der Recht schub nit funden werde/ denselben Menschen soll ein jeglich Mann Gewalt han zu überkommenne mit sechs erbarer Mannen Aide/ den ze globen sy/ und soll dannen der Kläger den sibenden Aide selbe thun. etc.

Ultima hæc Privilegii verba VI. veros testes designare videntur, jurando criminis aliquem reum facturi, ut Sacramentales hic sint, qui non tantum de sua opinione, qualiter hæc erga accusatorem, intuitu juramenti, quod præstat, affecta sit, sed & de veritate delicti deponant. Enimvero hæc procedendi ratio mox mutata est in pejus, cum enim, quo eo citius maleficia patefiant, & puniri possint, omni favore accusatorem prolequendum esse statuerent; facilis postea fuit lapsus ad admittendos, etiam extra casum deprehensi in delicto rei, Juratores, & attribuendam ipsis eandem authoritatem hoc casu, quam, juxta Speculi Saxonici præcepta, tantum in accusatione recentis delicti habuerant. Ergo si modo, qui aliquem maleficium insimulabat, sex producere valeret viros, qui Sacramento affirmarent, ea, quæ accusator juraverat, vera se credere, condemnabatur incusatus, et si nullo indicio gravatus esset. Clare hoc continet Privilium Ludovici Bavari Imperatoris, iisdem Lindaviensibus anno M CCCXXXI. de eadem re quia superius impertitum, his verbis: Mainent wir dieselben Gewohnheit(Benufft/) abzunemen/ und wollen/ daß sie halten die Recht/ die unser Vorfahr selig König Albrecht selig seit zu Nürnberg do nach dem Landfried/ der auch ne von unsrern wegen geschworen ist/ also daß sei tugent Mann oder Weib/ die in ihr Gericht gefangen werden oder darein geantwurter werden/ umb Schuld die bey ihm funden wurt oder nit/ die Menschen soll ein jeglich Mann Gewalt han/ mit einem gelehrtien Aid zu überkommennd/ den er ungeferd zu den Heiligen über ihn schweren soll/ und das soll thun der Kläger. darnach sond sechs glaubhaft Mann/ die zegegen vor Gericht seynd/ schweren/ daß

dass der Eyd rait sey und nicht main. Wär auch/ dass Mann oder Weib mit rechter Schuld und mit dem waaren Schub für ihr Gericht bracht wird: über den soll schweren der Kläger/ als vorgeschrieben steht/ und zween erber Mann zu ihm: und davon soll sein gnug seyn ic. Subjungit huic Privilegio Auctor Actor. Lindau. pag. 653. partem Privilegii Campidunensis ab eodem Imperatore eodem anno M CCCXXXI. dati, quæ idem disponit quod Lindaviense,

His usurpatorum Conjuratorum, in casu non deprehensi in flagrante delicto rei, documentis addere, an ad casum deprehensi in facinore delinquentis, referre debeant Ludovici Marchionis Brandenburgensis & Comitis Tirolensis (non Ludovici IV. Imperatoris cui Dattius de Pae. Publ. Lib. I. cap. I. num. 83. hoc Diploma adscribit) Constitutionem, per quam in Comitatus Tirolensis processum Criminalem introducta est probatio per Sacramentales anno M CCC XLIX. mihi non adeo expeditum videtur; cum tamen nec **Der handhaftten That**/ nec clamoris mentio fiat, ut pleraque hujus seculi Diplomata interpretanda videtur; quicquid sit, quod simul formam juramenti describat, fas est ut apponatur ex **AUTOR E ACTOR.** LINDAU. pag. 654. qui chartam hanc ex HUNDII kurzem Aufzug etlicher historischer Observationum **voce** wissend mutuatus est: Wir Ludwig ic verjehen ic das **Wir** mit Unserm Rath und Unsern Dienst Leuten liberal zu Rath werden seyn/ daß **Wir** in Unser Herrschaft zu Thros so githan new Rechte segen und bestätigen wollen/ swa wo) ein schädlich Mann oder Frau begriffen werden: ist er ein sogenan Mann/ daß ihm zu glauben ist/ der ihn berechten will/ dersoll dargehen/ und ihm zween Finger in den Schopff legen/ und der Frau in die Schädel/ und soll ein Eyd schweren/ daß er das waars teiffe/ daß er ein schädlich Mann sey Land und Leuten/ und die Frau ein schädliche Frau sey Land und Leuten/ da sollen sich darzehn/ und sollen ihre Händ legen aufs ersten Arm/ und die sollen auch Viderleut seyn/ und sollen schwören/ daß der Eyd rait sey und nicht main: damit soll man ein schädlichen Mann und ein schädliche Frau übersagen ic.

Abunde

Abunde ex hac tenus adductis patescit, Seculo quarto decimo in viridi observantia fuisse Criminum probationem per Juramentum accusatoris Sacramentalibus stipati, nec seculo XV. hunc morem statim evoluisse fidem facit die Landeshandvest desß Löbl. Erzherzogthums Thüringia. Extat ibi inter alia Privilegia & Constitutiones, Ernesti Archi-Ducis *Confirmatio de anno M CCCCXIV.* Über einer Ersamen Landshafft desß Erzherzogthums Thüringia für gebrachte Freiheiten und Landshandvesten/ ubi clarissima usitata Seculo XV. in Carinthia Probationis per septem testes vestigia occurunt, dum sanctitur: Wird ein Straffräuber begriffen mit der handhaft/ den mag man mit zwangen/ den Hals anbehaben/ begreissen man ihn aber on die handhaft/ so muß man ihn mit sieben übersagen/ und demselben Straffräuber soll man den Hals abschlagen; man übersagt auch wohl ainen Mörder mit zwangen/ und richte und besterr hinc ihm mit dem Rade. Den falscher der mit der handhaft begriffen würd/ den soll man übersagen mit zwangen/ und soll ihn darnach schen auf ein Ross. Aber ein Dieb/ der nicht begriffen ist mit der handhaft/ den soll man übersagen mit sieben/ und soll thn denn hencken an ainen Galgen.

Habes hic constitutionem probe discernentem die handhaft/deprehensionem rei in ipso facto, vel fuga facti, apprehensione quæ alio tempore facta, quam quo crimen patratum est; & sic convenit Jus hoc Provinciale cum Speculo Saxonico in distinguendo casus, simul autem quam maxime ab eodem dissilit in definiendo numerum testium, quo accusati de crimine conyincendi sunt; dum ubi Speculum Saxonum septem Sacramentales requirit, hic duo sufficiant; & ubi Saxonici mores abnuunt accusatori probationem per VII. Sacramentalium juramentum, hæc Constitutio VII. Conjuratores producere permittat.

Huc & referri meretur *Sententia anno M CCCC.* septem Confacramentales in causa criminali adhibitos fuisse confirmans, quam WEHNERUS Observat. Pract. v. Besiben exhibet.

exhibit hac formula: Wir die Richter und Bürger des Rath's der  
 Stadt N. bekennen öffentlich daß für uns kam N. und sprach: Er hette  
 in des Heil. Reichs und unser Stadt N. Schloße in Gefangnuß liegen/  
 sein und des Landes Dieb / mit Namen N. N. und begah mit demzu-  
 fahren mit Recht/ als sich denn zu einem solchen schädlichen Mann hie-  
 sche/ und verblügte über ihm nach Gewohnheit und Recht dieser vorge-  
 nannten Stadt. Desß ward ihm Tag gesetzt zum Rechten/ auf diesen  
 Tag/ dato dñs Brieffa. Also kam er für Gericht/ und hat ihm sein Für-  
 sprecher fragen/ er hätte seinen und des Landes Dieb liegen in der obgenann-  
 ten unser Stadt gefangnuß/ wie er gefahren soit/ daß er recht und nicht unrecht  
 thät: da er kannien wir mit gemeinem Urtheil: möchte er da beweisen/  
 und zu Gott und den Heiligen geschwören auf ein Schwerte/ daß ge-  
 nannte N. N. sein und des Landes Dieb wäre/ und dann daß sechs dar-  
 nach Geschwören möchten mit Wahrheit ihrer Seelen/ daß der End we-  
 re rein und nicht nein/ (legendum main i. e. kein meineyd) so möchte er  
 den hencken / mit seiner selt' Hand: oder ob er j'monds hätte der das  
 für ihn thäte/ bis ihm gerichtet würde/ etc. Pluribus observationibus  
 simul ansam dat haec sententia, ita probat reum convictum  
 alicubi ipsi accusatori fuisse puniendum traditum, more parum  
 laudabili, cum executio haec & licentia vindictæ ab indole vi-  
 tæ civilis non parum abhorre videatur; scilicet, ut GROTI  
 verba Lib. II. cap. 20. §. 8. n. 6. de Jur. Bell. & Pac. mea  
 faciam, difficilior est moderatio ubi proprius dolor accedit;  
 nam læso doloris remedium inimici dolor est. Nota porro  
 maximis abusibus tunc obnoxia fuisse judicia; cum non am-  
 plius publice juramenta præstarentur, sed in secreto loco  
 judicii, homoque inscius, non auditus, non defensus, in  
 furcam raperetur. Illud & annotamus, illa tempestate adhuc  
 honestum officium fuisse exequi sententiam capitalem; (quod  
 etiam confirmatur noviori exemplo, homicidæ ab occisi agnato  
 Budstadij anno MCCCLXX. suppicio affecti, vid. MULLERI  
*Annales Saxonicas* ad hunc annum,) poenæ execu-  
 tionem autem quam hoc loco indulxit Magistratus læsis ipsis,  
 & hoc vitii habuisse, quod punitiones minus apertæ & conspi-

euæ sic redderentur, & parum ad exemplum pertinenterent.

Non prætereundum heic loci est, ex more & jure sic constituto accusatum convincendi per Juratores, proverbia etiam fluxisse; scilicet cum reus qui facinus inficiatus est, accusatorem ut illud septima manu jurantium probaret, obstringeret, adeoque das **Besibnen** inserviret ad confutandum eum qui alterius dicta vera esse negabat; hinc si quis alterius verbis fidem tribuere nollet, populari proverbio jaſtari solebat man muesſ ihm das ſibend Buch weisen/ id est, tam est incredulus ut niſi septem testes audiat non credat. (*Supplement. Speidel. Dictherri voce Sieben pag. 380.*) quod tritum apud Lindavienses adhuc hodie de incredulo aliquo Thoma remansisse, testis est Syndicus Lindaviensis **Heiderus** Autor scilicet **Actorum LINDAU** pag. 654. ibidem consonans præcedenti paroemiæ proverbium jungens: **Man muesſ ihm das ſibend Buch weisen/** quod S. Gallis apud Helvetios in ore esse, & idem significare ac septem testibus reum delati criminis quem esse demonstrare, ex relatione celeberrimi **Melchioris Goldasti**, Helvetii, se percepisse scribit **Wehnerus** loco ſequi allegato.

Restat ut dicamus quemadmodum in desuetudinem abierit dī **Besibnung/** probatio criminis per Sacramentales haſtenus exposita. Utiautem diversimode fuit applicata, ita & ex diversis fundamentis cauſæ ejus abolitionis accersendæ videntur. Utebantur hac probatione per Juratores ut medio, quo facinorosi detegi, & ad commeritam poenam trahi possint; ad æquatum autem remedium ad finem illum obtinendum non esse hunc probandi modum, inde intelligebatur, quod plerumque, reus vel effugeret poenam, vel cito nimis, nec satis convictus, ad eam traheretur, vid. **Conſtit. Crim. Carolinae proœmium.** Nam ubi moris erat, ut reus, eti in delicto deprehensus, eti in indicis, clamore,

clamore, famaque publica reus, tamen suppicio addici non posset, nisi & Sacramentales contra eum essent producti, ibi temora justitiae injiciebatur, multaque delicta sic manebant impunita; ubi porro locorum soli Juramentales reum mortem subire cogebant, ibi non sine ratione de processu, tanquam vicioso, & recta rationis dictamini adverso, rejicendo cogitabatur; imprimitum cum non solum in hoc, a prisa per Sacramentales probandi consuetudine, recesserant judicia Crimina, quod delicta non deprehensorum in scelere per juramentum accusatoris & Vl. Sacramentales probare permitterent, sed & quod eo deuentum erat, ut accusati nec praesentes, nec auditи condemnarentur; unde facile fuit alienum sanguinem sipientibus innocentissimum quemque truculentiae suae litare, contenta jurisjurandi religione, tanti antea aestimata Germaniae gentibus, ut jurisjurandi prae statio praecipuam probationis speciem referret. Et ad hunc Sacramentalium abusum etiam respicere videtur proverbium ab HERTIO consignatum *Volum. II. Commentationum Tomo III.* Dissert. de *Epidipnide Parviorum Juris Germanicarum* paroem. VIII. *Wer von Sieben sagt / der leugt gern* Qui de septem loquitur, ferme mentitur; quod ex moribus veterum Germanorum, jure jurando se purgaturo, simul Sacramentales, ut plurimum sex, juraturos, vera se credere, quae ille diceret, adjungentium, ortum traxisse, recte observat Hertius, causam §. 2. his verbis addens: *Enimvero cum posteris temporibus plurimi, etiam pessima fama, hoc probandi modo abuteren tur, & multiplicita committerentur perjuria, non raro prece emendata, vel pretio empta, dedisse hoc locum proverbio videtur.* Haud absque ratione itaque multis hic procedendi ordo erat exsus; quo factum ut vel per Constitutiones expressas Statuum Imperii, vel per Privilegia Cæsarea haud paucis in locis toleretur; & quia Processus Inquisitorius, & cum eo Tortura

D 2

Se.

Seculo XV. magis magisque se commendaret Germanis, accidit, ut circa finem XV. Seculi Sacramentalium in probando, criminis authoritas gravissimum perfensis eret detrimentum; donec Constitutio Criminalis Carolina reliqua ad eam perdendam afferret. Clariora haec ut fiant, praestabunt monumenta, antea dicta confirmantia. Ita habemus Privilegia aduersus Sacramentalium adhibitionem publicata, quorum primum FRIDERICUS III. Imp. esse deprehendi, jam anno M CCCCLIX. conditum, & a DATTIO Lib. I. cap. I. de Pace Publ. insertum. Largitus est in eo Fridericus Imp. Henrico von Rechberg zu Hohen-Rechberg das Halsgericht zu Pämen, Kirchen und das halb Halsgericht zu seinem Schloß und Stadt Weissenstein und darzu seinen halben Theil an dem Halsgericht zu Altorff etc. nach des Reichs Recht zu richten/ ohne übersagen und beweisen/ der Sibens Personen/ so bisher gebraucht worden/ nach Gestalt einer jedes Verhandlung/ etc. Dilucidius adhuc hoc profert Privilegium MAXIMILIANI I. Imp. quo mos zu Besibnen in Limburgensi Ditione fuit prohibitus sub finem Seculi XV. anno scilicet MCCCCXCVIII. ex Wehnro a nobis in precedentibus paginis datum, ubi expresse causa abolitionis memoratur: ne Juratorum defectu scelera impunita manerent. Ob eandem rationem in Marchionatu Burgoco anno M DX. consuetudinem hancce desertam fuisse declarat MAXIMILIANUS I. in literis confirmatae Investiture: ex quibus DATTIUS num. 80. sequentia nobis suggerit: dass aus altem Herkommen/ Gewohnheit und Gebrauch der Marggrafschaft Burgaw/ die übelthärtige Personen/ so man daselbst richten lassen/ allwegem übersibnen müssen/ dass wider die Gemeine geschriebene Recht/ darauf viel Uebel ungestraft bleibe/ auch ander Unordnungen entstehen/ etc. & paulo post, nach gezeichneten geschriebenen Rechten/ auff offenbar Thatgärtigen Mund/ und eines jeden Bekannts/ unverhindert der Marggrafschaft Burgaw alten Herkommen/ zu handlen und zu vollführen etc Utrum per jura scripta hic intelligendum sit Jus Canonicum tantum, vel Jus Justinianum.

nianum solum; vel utrumque simul, manifestum non est; quemadmodum & clausula, quod salvis consuetudinibus receptis id fieri debeat, negotium implicat potius quam explicat, imo contradictionem involvere videtur antea dictorum. Per hujusmodi autem Privilegiorum continuationem, in quibus probatio per Septem Testes abolita, & Indicia ac Fama, item Confessio rei commendata fuere, sensim & per spiramenta temporum Processus Inquisitorius immixtus fuit accusationibus Germanorum, & Tormenta in suspectos criminum adhiberi coeperunt; Cæsaribus expressis sanctionibus hanc potestatem etiam nonnullis indulgentibus, quemadmodum diserte hoc firmant, quæ de Esslingana civitate, sub finem Seculi XIV. à Wenceslao Imp. accipiente potestatem, ut, in reos publicæ pacis, veritate Tormentis expressa, ex pluralitate votorum sententiam dicere posset, affert saepius laudatus DATTIUS in eruditissimo opere de Pac. Publ. L. I. cap. I. num. 92. seq. Plura hujus tenoris privilegia Maximilianum Imp. contra Conjuratores concessisse, nullus dubito, & SIMON Dissert. de Sacramentalibus S. ult. meminit Diplomaticis MAXIMILIANI editi Oenoponti d. 6. Febr. anno M D XV. quo ordinatum; ut secundum Jura Imp. in causis criminalibus procederetur & judicaretur, sublato more recepto das diejenigen so das Leben verüret mit sieben Zeugen zu überweisen und zu übersehn. Promovit amplius Sacramentalium antiquationem ORDINATIO CRIMINALIS Episcopi Bambergensis, articulo 273. ita facientis: das Besibend der Ubelthäter und ander Missbrauch i. auch alle Ordnung unser Hafzgericht so Kaiserlichen Rechten / und dieser unser Ordnung widerwitz seyn / wollen wir hiermit aufgeschabett und abgethan haben / unangesehen / ob sie lang oder kurz herkommen seind. (jungit huic Wehnerus, loco jam saepius citato, Ordinationem Criminalem Brandenburgensem, in numeris articulorum & contentis eorum cum Bambergensi convenientem, sed à me nondum visam.) Hæc Bambergensis Constitutio, iussu Georgii

Bambergenium Antistitis tempore Maximiliani I. confecta, & typis impressa zu Menz durch Joh. Schöffer auf Laurentii im Jahr 1510 (sive eorum hoc dico apud quos eam, ut hoc anno publicatam, allegatam reperi, nam illud exemplar quo ego usus sum in fine haec fert: getruckt zu Meynz: bey Ivo Schöffer/ anno MD XXXVIII und volendet auff den 6. Januarii.) non parum, meo judicio, ad obliterationem processus per Juratores contulit; nam non solum expresse prohibet Sacramentalium assumptionem in artic. 273. sed & universa hujus Constitutionis Criminalis structura hic facit, dum compilata est ex jure scripto ut ipse Ordinationis titulus id profiteretur; quid autem sub jure scripto, præcipue ibi intelligatur, divinare facile poterit, qui considerat, Bambergenium Præsum item esse Ecclesiasticum Principem, qui jus Pontificium præ Imperatorio veneratur. Arrisit autem mirum in modum Pontificibus processus inquisitorius, (vid. THOMASII Differatio de *Origine Processus Inquisitorii circa finem,*) unde, cum ea procedendi ratio, quæ Papali Curiæ laudatur, in Germania opinionem eximiae prudentiæ & æquitatis accepisset, etiam Seculo decimo quinto potissimum, processus criminalis ad eam institutus est. Porro Torturæ usus, per eandem Constitutionem Bamberensem stabilitus, satis arguit, intentionem Episcopij fuisse loco processus accusatorii introducere pededentim inquisitorium; & sic & Sacramentales, in accusatoris præsidium unice constitutos, è foro dimittere. Intendebat hoc Bambergenis, sed idem intendit Constitutio Criminalis Carolina, quæ cum desumpta sit ex Bambergeni, tantum hinc inde aliquo addito vel dempto, ut collatio utriusque probat, patet exinde & authoritas Bambergenis, & usus in exponenda Carolina. Intentionem autem Carolinæ Constitutionis fuisse, ut (secretiores causas prætereo,) processus Criminalis, hactenus Germanicis populis suetus, abolerere.

leretur, & loco processus Accusatorii sensim in Germania introduceretur processus Inquisitorius tanquam ordinarius, probant singuli fere constitutionis articuli, ex jure scripto de sumptu, ut ipsi loquuntur ; probat quod primo loco ponatur in *Constitutione Carolina* art. 6. seq. processus inquisitorius, tum artic. 11. seq. agatur quidem de processu accusatorio, sed conditio accusatorum secundum tradita artic. 12. seq. fuerit longe deterior conditione denunciatorum, ita ut facile præviderent authores Constitutionum Criminalium, neminem tam stultum futurum esse, ut præ denunciatione eligeret accusationem. (Verba sunt *Disputationis Thomassianæ de Occas.* Concept. ac Intent. Conf. Crim. Car. finalia ; ) probat denique eventus, cum hodie processus inquisitorius fere ubivis in Germania sit ordinarius, cuius origo aliunde quam a *Constitutione Bambergensi* & *Carolina* peti nequit. Videtur ergo terminus obsoletæ Probationis delicti per *Con sacramentales* statuendus *Constitutio Criminalis Caroli V. Cæsar*, quæ id effectit, ut accusationum & probationum per Juratores, quæ jam antea insensibiliter deficere incep erant, exigua post illud tempus esset memoria. Et de sua civitate testatur sæpius iara laudatus *Heiderus Actor. Lindau. Auctor. pag. 119.* Priscum illum morem quo Lindavienses gaudebant, zu Besiebten/ per inducta Jura Romana & Caroli V. Ordinationem Criminali fuisse abrogatum & obliteratum.

Cæterum dum morem probandi crimen per Sacra mentales a foris Germanicis recepisse dico, aliquem tamen adhuc usum Conjurantium esse posse non nego ; scilicet liberum adhuc videtur Judici, imponere alicui modum per Sacramentales purgandi reatum. Quo facit Textus in *Ordinat. Camerali part. II. art. 10. num. 1. Recess. Imp. Trevir. & Colon.* de anno MDXII, part. I. art. 4. §. 6. add. *SCHILTER Exerc.*

ad.

ad π. XXIII. §. 6. & Exerc. VI. §. 26. In Holstia, Dania, Suecia Confuetudinem per Conjuratores innocentiam probandi adhuc hodie harere, testes allegat HERTIUS paroem. VIII. §. 2. Tom. III. volum. II. RITTERSHUSIUM Partit. Feudal. cap. 9. n. 25. HEIGIUM part. I. quest. ult. num. 53. quibus junge LOCENIUM apud SCHILTER. loc. cit. & SIMONEM Diff. de Sacrament. §. ult.

Sufficienter, ut spero, haec tenus allata enodabunt vocis Besiebung significationem, quam priscis temporibus habebat, definiendum nunc etiam est quid novioribus seculis ea comprehendatur, ad quod, cum Processus Criminalis Patrius ex parte simul hic describatur, speciale caput destinavimus.

## CAPUT SECUNDUM

*Quid recentioribus temporibus vocabuli der  
Besiebung complexu & ambitu includa-  
tur, considerans.*

**S**Upra jam innui a diversis diversa per vocem Besiebung intelligi, cumque ostensum haec tenus fuerit quid prima origine verbum illud designaverit, aut errare eos, quibus aliis actus, quam probatio criminis per Sacramentales sub eo venit, aut de aliis temporibus sermonem iis esse, necessum est. Et non prisa tempora sed recentius ævum & hujus mores ante oculos habuisse videntur BESOLDUS, FRIDERUS, KELLERUS aliqui; Torturam vel confessionem criminis coram VII. testibus nomine der Besiebung insignientes. De utraque hac acceptione ut verba faciam

faciam propositi mei ratio petit; eos autem qui Torturam per Besiebung indicari produnt, primo loco excutiam.

In eo occupatus est Wehnerus *Obs. Praet. hac voce, ut Excerptis, ex variis Constitutionibus allatis, probet, severam per tormenta quæstionem, non uno in loco per verbum Besieben exprimi. Allegat hunc in fine Privilegium Civitati Kizingen a Johanne Episcopo Herbipolensi, & Marchione Friderico Electore Brandenburgensi concessum anno Christi 1436. Bambergensem & Brandenburgensem Ordinationem Criminalem; antiquum Processum Criminalem patriæ sue; sed, ut quid sentiam dicam, a Wehnero exhibita sufficere mihi non videntur ad tuto concludendum Torturam præcise illuc intelligi; quod enim Privilegium Kizingense attinet, verbum Besieben/ in eo occurrens, de probatione criminis per Sacramentales eo solidiori cum fundamento explicari potest, quo certius constat, illis temporibus illud fuisse editum, quibus Sacramentalium in probando crimine authoritas adhuc firma erat; hic accedit, quod cætera, ibi disposita, concordent cum supra exhibitis, probationem criminis per Sacramentales postulantibus chartis, dum sancitur: Wenn ein schädlich Mann oder Frau hinfür in Gefängnis kompt/ und die Missenthal vor einem Vogt und zweyen Geschworenen bekennt/ solche darf man nicht beschrenken/ sondern der Zembüttel soll die Dörffer darzu fordern/ als von alter Herkommen ist/ und mag man über sie richten als recht ist. Welche aber in ehegeschriebener massen die Missenthal nicht bekennen/ die mag man Besieben/ und zu dem aber richten/ als recht ist. Nisi ergo integer privilegii, cuius hanc solummodo partem exhibit Wehnerus, contextus, aliam & novam verbo Besieben significationem attribuendam esse suadeat, mallem vocabulum hoc, significatione hactenus trita, de more per Sacramentales convincendi criminosum, facinus inficias euntem, interpretari, quam cum Wehnero ob illam modo antithesen concludere, Besieben hic*

E

idem

idem esse quod peinlich fragen; in qua sententia me etiam  
 firmat, quod laudare possim consensum Celeb. Hertii, eandem  
 opinionem, circa hujus Privilegii vocis Besieben intellectum,  
 foventis, in cap. I. jam adductæ paroemiæ explicatione §. 1. Nec  
 Ordinatio Criminalis Bambergensis & Brandenburgensis, a Weh-  
 nero ad hoc probandum accersita, mihi satisfacit, præter-  
 quam enim quod ultima articuli, in quo præsidium suum qua-  
 rit Wehnerus, verba: bekennet er dic That nicht / folget  
 das Besieben / commode eandem, quam præcedens Kizin-  
 gense privilegium, significationem admittant, Wehnero ta-  
 men ita illa verba reddente, si non confitetur sponte delictum  
 torturæ subjicitur: Bambergensis Ordinationis articulus 98.  
 id plane non continet, quod secundum Wehnerum compre-  
 hendere debet; suspecta fit porro articuli 98. harum ordi-  
 nationum allegatio ex eo, quod Bambergensis Constitutionis  
 articulus 273. quem capite I. dedimus, & cui, tam quoad nu-  
 merum articulorum, quam quoad eorundem tenorem, conve-  
 nire Brandenburgensem Mscptam Wehnerus scribit, verbo Be-  
 sieben: primam & priscam significationem relinquit, vero-  
 simile autem non est idem vocabulum in una Constitutione  
 tam diversum habere significatum. Provocat amplius Weh-  
 nerus ad antiquum processum Criminalem patriæ suæ, sed  
 cum nec per Excerpta illum inspicere licuerit, de eo judici-  
 um ferre merito supersedeo. Petrum Friderum Mindanum  
 porro multi allegant, ut testem Lib. II. cap. 47. num. 6. de  
*Mandatis Judic.* Tómentorum applicationem per Besiebung  
 significari, locum vero evolvens, plane non hoc conducere, sed  
 tantum, quid sit audire incarcerated apud acta, ibidem expli-  
 cari, deprehendi; delendum itaque est nomen Frideri, pag.  
 32. fide aliorum adductum, ex numero hujus vocis Inter-  
 pretum. Atque ita sufficenter docentem, severam  
 quæstionem vocem Besiebung hodie indigitare, quem  
 ad-

adducam non habeo. Si tamen, ut id in totum negare non audeo, Tormentis explorare veritatem nonnullis in locis Besiebnett audiat, ortum hoc inde haberet, quod mutato in Germania antiquo procedendi in Criminalibus ordine, cum Tortura, processum inquisitorium subsequens, (Illustris Schilterus tamen Exercit. ad Pandect. XLIX. § 164. una cum jure Romano receptas liberorum hominum quæstiones esse statuit) in suspectos criminum adhibita, Sacramentales sede sua depelleret, & in eorum locum per sepe surrogaretur, simul evenerit, ut, quemadmodum solent remancere nomina re licet prorsus inversa, recens introducta quæstio pertinentia Besiebning diceretur. Hæc de una vocabuli hujus in novioribus seculis acceptione.

Minus dubii altera significatio, recentiori ævo ei tributa, habet, qua per Besiebning exprimitur Confessio criminis iterato coram VII. testibus facta, nam & Doctorum testimonia, & usus fori hunc voci nostræ sensum adscribunt. Expressæ KELLERUS de Offic. Jurid. Polit. Lib.ll. cap. 17. pag. 466. seq. Besiebniit ita describit: *In judicio criminali rei prius audiuntur educti ex carcere, apud acta, ut sub publico testimonio commemoratio fiat admissi criminis manibnets/ id est coram septem testibus de confessione iterato interrogantur, und iste ihnen ihr Beugicht für / ob sie alles beständig.* Adstipulatur huic BEOLDUS Thesaur. Pract. Lit. B. num. 41. Actum quem Besiebniit denotat his verbis expōens: *Nachdem der peinlich angeklagte commissi delicti allerdings convincirt und überzeuget ist/ wird er zu mehrerer Sicherheit von der Gefängnis und Band losgelassen/ und in ein frey öffentlich Ort und Platz geführt/ da alsdann der Amtmann illius loci in praesentia septem testium den beklagten nochmahlen gürlich erfragt/ und Sie Zeugen der Auffrag auf den Vorfall kundschafft zu geben ersucht: wo nun der Beklagte seiner Misschatt beständig/ wird er wieder in die Gefängnis und Band gelegt/ auch ihm dannach erst das N. Sacrament gereicht.*

Folgendes über ein Tag vren unter den offnen Himmel / oder in das ges  
wöhnlich Gerichtshaus geföhrt / und die Sibne gebeten / auf den Fall  
Läugnens Landshaft zu thun / daß der belagte solches was sie vermeiden/  
zuvor öffentlich benennt habe. Auf welch bescheinigen erklären und aufsa-  
gen / wird der Belagte mit Urteil und Recht geben/abgestraft. Agno-  
scunt hunc ritum Suevia, Helvetia finitimæque regiones, ad  
quarum mores etiam respicere videtur modo citatus Kelle-  
rus, Landgraviatus Nellenburgensis Propræses. Cæterum  
ab uno vel altero seculo est quod Besiehnung pro Confessio-  
ne rei coram VII. Testibus ponatur; Kelleri Tractatus circa  
initium Seculi XVII. anno scilicet 1608. editus, & verbunt  
Besiehnien/ut tritum ore vulgi, in hoc sensu proferens, argu-  
mento est, Seculo sextodecimo usitatam jam fuisse hanc lo-  
quendiformulam, numero septenario, qui in assumendis testi-  
bus & Assessoribus Judicum ut plurimum observabatur,  
nunc iterum ita æstimate, ut toti actui nomen daret. Res  
autem ipsa, & publica ac iterata hæc interrogatio rei super  
commisso crimine a multis jam Seculis cognita est. Ex jure Civili  
Romano hoc jam collimat Lex 2. Cod. de Custodia Reorum, ita  
sanciens: *Si quis in ea culpa vel criminis fuerit apprehensus,*  
*quo dignus claustris carceris, & custodie squalore videatur,*  
*auditus apud acta, cum de admisso consticerit, pœnam car-*  
*ceris sustineat: arque ita postmodum eductus apud acta*  
*audiatur. Ita enim quasi sub publico testimonio commemora-*  
*tio admissi criminis sicut, ut judicibus immodice severentibus fre-*  
*ni quedam temperies adhibita videatur.* Confer. CODEX  
THEODOS. GOTHOREDI h. I. BRUNNEMANN. in Codicem h. I.  
ZANGER. de Question. cap. V. num. 71. seq. Suppeditata hæc  
Constitutio simul rationem ordinatæ hujus publicæ scelerum  
expositionis, quam & Argentinæ nostræ Proceres præ oculis  
ferte habuerunt, hunc solenniter delictum confitendi morem  
recipi-

recipiendo; nam memores circumspetum oportere esse Judicem in dictanda pena, æquissime illum condemnari rati sunt, qui propria confessione reus est. Lubet de hac illo- rum observantia hic loci inserere quæ mihi cognita sunt.

Priscis temporibus, & à quadringentis usque annis, usitatum apud Argentoratenses fuisse Examen delinquentis in publico, ad audiendas reorum facinorum commemorationes, destinato loco, loquuntur vetusta Reipublicæ Commentaria causarum Criminalium; quæ ipsa tamen cum minus accurate, & brevissimis verbis, acta & judicata recenseant, in causa sunt, cur naturam & formam illius actus, quam illa ætate habebat, plene exponere nequeam. Scilicet fuit negligenter hæc, parum vel plane non consignandi rerum gestarum memoriam, (in Domini WENCKERI Apparatu Archiv. egregie hæc illustrantia deprehendes pag. 69.) omnibus fere Germaniaæ gentibus priscis temporibus communis, qui justæ facinora patrare potius, quam scribere maluerunt. Et hæc negligenter quam maxime etiam cernitur in judiciorum, tam civilium quam criminalium, describenda facie & processu. Argentoratenses sane hunc morem tenuisse, ut mores, & leges, & ingenium sincerum integrumque se servasse contenti, de rerum memoria posteris conservanda parum solliciti essent, exemplo insigni illustrare possum, quod benevolentia Viri Consultissimi Dni WENCKERI, Archivarii Argentoratensis meritissimi, cui & cætera adhuc inserenda accepta fero, suppeditavit, Comprehendit illud celebrem illam Johannis Albii, Nobilis Alsatii, prædationibus gravia Argentine damna inferentis, condemnationem; cuius & mentionem injicit KÖNIGSHOVEN in der Elsässisch und Straßburgischen Chronicle cap. V. §. 166. B. HERZOG. in Chron. Alsatiæ Lib. V. fol. 10. seq. & Lib. VI. fol. 152. fallitur tamen Herzogius ibidem, in recensione familiarum Nobilium Alsatiarum emortualium, hunc Johannem Albiumulti-

rum gentis suæ prodens; latet & error in Epitaphii appositi anno; hic enim Johannes ab Albe Armiger anno demum 1391. non 1368. capite truncatus est, ut probat Rotulus oblongus cui inscriptus est processus contra Albium institutus, quique, ex inveterata Civitatis consuetudine, ante executionem sententia publice recitatus est. Leguntur ab initio statim hæc in eo: *sabato proximo ante Diem S. Galli Confessoris anno 1391. sub Domino Burckardo de Muleheim de Rechberg Magistro, ward Johannes von Albe von der Moter enthauptet / und sprach der vor genannt Meister nit anders denne Johans von Albe der ist dizer Stade und dem Lande ein schadelicher Mann gewesen / und darumbe so sege ich an dich etc.* Sequenti tempore cum filius decollati Hanns von Albe Lotharingischer Burggraff zu Duss/ anno 1417. & subsequentiibus annis, & post hunc illius ex hoc filio nepotes, Jacobus de Albe, & Johannes de Albe junior, postularent a Magistratu Argentinensi, ut suum procedendi modum & sententiam dictam iustificet, (*Wandel und Kerung dieses Urtheils halben gefordert/*) sine multis ambagibus, response, judicium & judiciorum, ut tunc se habebant, moribus conveniente, qui tunc gubernacula Reipublicæ tenebant, se defenderunt: *Wise daß Wir in Unsern Räten nieman haben der daby oder damit gewesen sy/ wol Wir hant Uns noch den sachen erfahren und verstanden daß Unser Fordern vor langen Jahren und Zeiten bey den 36. Jahren mit Gericht und Urteil von einem gerichtet haben/ genannt Hanns von Albe/ do Wir wol getruwen/ daß sie ungern von Jeman gerichtet hetten unverschuldet. Darum/ so fordern und begern wir an dich von solicher Ansprach zu stan/ und uns wissen zu lösen/ ob wir din und der dinen darüber in Sorgen sin fallent oder nit/ etc.* datum Sabbato ante Dominicam Letare anno 1426. Et alibi ahnt die Lotharingische HerrenRäht/in hunc modum scribunt Proceres: *Es wäre nun in die 44 Jar daß von Hannsen von Albe mit gericht und Urteil in der Stadt Straßburg gerichtet worden ist/ do nu keiner so alter ist in Unsern Räten der zu der Zeit des Rates gewesen sy.* Nun hat Hanns von Albe etewile dicke an Uns erforderet/ *Sine Wandel sins Vatter halb zu tunde / und schwerliche Geschriften und Unser Ehren*

Eren geschildiget/ desß er unbillichen geton heitt/ dann Unser Fordern fromme biderbe Eure gewesen sint. So verstant Ihr auch woz/ soltent Fürsten Herren oder Städte Kerunge oder Wandel ihun von ihrer Gerichte und Urteil wegen/ wäre ein schwere Sache: sub Dato vigilia Festi Assumptionis B. Mariae Virginis anno 1435. & iterum in Responsione ad Ducem Lotharingiæ Dn. Johannem Ducem Calabriæ &c. feria 4ta post Martini anno 1446. Justo prolixiora nonnihil forte sunt hæc apposita, tamen omnia hic legi & expendi commereri mihi visa sunt, quod eximie declarent quomodo jam Majores Nostri ad antecessorum suorum pietatem, æquitatem & justitiam provocaverint. Redibo nunc in viam, & incepta persequar. Nimurum licet quomodo omnia cœpta & peracta sint, deficiente sedula annotatione, non constet, juste & rite tamen Argentoratenses versatos fuisse in judiciis criminalibus dubio caret, argumento sit ipse hic actus, certos e Senatu ordinatos requiriens ad ipsius rei confessionem audiendam, qui actus Ordnung auf den Thurn Tabulis Magistratus antiquioribus dicitur, (de tempore quo vox Besiegung illi phrasι successit, paulo inferius verba faciam,) & non expetivisse Argentinæ Præsides poenas a nocentibus, nisi evidenter debitas, testis est. Hæc Ordnung auf den Thurn quomodo & quando instituta sit, & quid præcisè exegerit, in Actis Senatus non exprimitur, ut jam innui; antiquissimis tamen temporibus hujus moris vestigia se produnt; spectat huc Liber Rationum de anno 1300. & sequent. in famosâ illa Judæorum persecutio, quam ALBERTUS ARGENTINENSIS pag. 147. 148. Tomi. II. Vrſif. describit, anno 1349. Judæos, Argentinæ etiam carceribus inclusos, priusquam ad rogum condemnarentur, in turrim deductos, ad tormenta tractos, & quædam Senatus membra a ceteris ut quaestioni interfint delegata fuisse, continens. (Vorhero ist die peinliche frag mit der Ordnung

uff

auff den Thurn mit ihnen schon vorgangen.) Est exemplum hoc & ideo memorabile, quod torturam circa medium Seculi XIV. Argentinenses jam applicuisse probet. Qui viri e Senatu, & quo numero mittendi sint ad audiendam ex ipso reo facinorum recensionem, clarum omnino antiquioribus temporibus non est. Ex septem tamen Senatus Assessoribus plerumque Ordinem auff den Thurn/hodie sub nomine der Be siebung notum, constitisse, fidem faciunt Protocolla rerum Criminalium; e quibus, omissis aliis etiam vetustioribus, notabilia quædam in exemplum adducam, hujus solennitatis meliorem cognitionem procurantia. Sic anno 1449. annotatus legitur hic actus sequentem in modum: Tertia post Purificationem Mariæ, waren die Herren auff dem Thurn/ nemlich Herr Rudolff von Bulach/ Ritter/ der Stettmeister/ Herr Eienhart Drachensel der Ammeister/ Herr Claus Lenzel/ Hanno Blentzel/ Caspar Doppeler/ Hanno Husse/ und Andres Schiltigheim. Ward Georg von Hagenau der Koch/ ums Diebstahl willen zu den Johannitern zum grünen Werde begangen/ verhört und vorgefellt. Item ein anderer Nähmens Bern hart Zender/ der etim erbern Mann ein Brieff geschriben/ wie er mit desselben Manns chälchen Wibe Bülfshaft getrieben habe/ und wie sie me habe gewynnet. Deßhalb er gefangen und geturnet ward/ und mit einem Stein ussgezogen/ etc. Septem hic expresse nominantur a Senatu deputati in turrim, testes eorum, quæ cum reo ibi aguntur, futuri; & huic numero communiter olim usitato, respondet etiam nostrorum temporum observantia, quemadmodum & in civilium causarum & Judiciorum Assessoribus hic septenarius numerus frequens Argentinæ conspicitur, Caroli Magni etiam Capitularibus jam septem Judici Assessores addentibus. vid. Capit. Lib. III. cap. 40. junge Du FRESNE Glossar. V. Scabini. & HERTII Notitiam Regn. Franc. Vet. cap. V. §. 43. p. m. 423. Huic numero tamen non omnino & ubique adhaerabant Argentinæ Proceres, nam reperiuntur aliquoties VIII. vel plures, rarissime tamen VI. vel V. consignati, qui Examini illo interfuerent, ita annotantur novem anno 1452. feria quar-

ta

ta post Judica, Herr Hanns Düsel der Stettmeister/ Herr Johannes  
 Brachenfels der Ammeister/ Jr. Becholt Mansz/ Hanns von Alzen/  
 Claus Wihenfe/ Sifrit Pfaffenheim/ Hanns zum Seiter/ Jörg  
 Wolff und Michel Rypelin. Wurde Dorothea/ Hanns Zochener  
 Weib/eins Mörder halben peinlich gefragt/ die ist hernach verurteilt se-  
 bändig zu begraben/ so geschehen uff Freitag vor dem Martinstage anno 1452.  
 Habes hic exemplum vive in terram defossæ, quod suppli-  
 ciū genus etiam in Constitutione Criminali Carolina art. 131.  
 adducitur; hodie tamen non sine ratione admodum rarum  
 est, cum, ipso Imperatore agnoscente, desperationi occasionem  
 suppeditare aptum sit. Octo recensentur Senatus membra,  
 anno 1459. ad crimen Schrotbanckii, qui a Magistratu rece-  
 ptor vestigialis constitutus, turpiter & perfide officium fece-  
 rat, & Herdii, qui quoque vestigali civitatem defraudaverat,  
 cognoscendum, lecta. Præsentibus illis habitum primum  
 Examen & quæstio de delicto simplex, & postea aliquoties  
 severa etiam quæstio per tormenta reis illata. Delegati a  
 Senatu hi erant: Herr Ludwig von Mühlheim/ Ritter/ der Stätt-  
 meister/ Herr Hanns Melbrü der Ammeister/ Jr. Thoman Ellchart/  
 Weltin von Ehenheim/ Hanns Herbst/ Sifrit Pfaffenheim/ Hanns  
 von Dalheim und Hanns Scherzheimer. Wurden Conrad Schrotbank/  
 ein untreuer Zoller/ und Heinrich von Herde ein Underläuffer/ der gleich-  
 falls die Stadt an ihrem Zollgelt bestohlen/ mit der Ordnung peinlich vor-  
 gestellt und gefraget. In hac ipsa tamen criminis inquisitione alio  
 die VII. tantummodo ponuntur, in quorum conspectu quæ-  
 stio habenda erat, hac serie: Herr Hanns Böckel/ Ritter/ der  
 Stettmeister/ Herr Hanns Melbrü der Ammeister/ Jr. Thoman Ele-  
 chart/ Weltin von Ehenheim/ Hanns Herbst/ Sifrit von Pfaffenheim und  
 Hanns Scherzheimer. Sententiam a Senatu pronunciatam, & poe-  
 nam his facinorosis dictatam hic apponere ere esse duxi; quo-  
 niam & notabile exemplum mitigatae poenæ, & remissi reo  
 ex gratia Amplissimi Magistratus promeriti capitis supplicii,  
 intercessione multarum Illustrium Personarum, continet, &  
 singularia quædam scitu non indigna; scilicet facinorosus iste

F

Schrot-

Schrotthand ist mit Urteil erkannt worden zu hencken / und aber auf grosse  
 Vitt des Herren Bischoffs / auch einer Gräfin von Salm und ihrer  
 Tochter / item des Grafen von Sarwende und vñ anderer Erbern Per-  
 sothen / von Herren Meister und Nach begnadet / und der Gräfin von  
 Salm gegönnet / daß sie nachdem die Vergiche gelesen / und die Urteil  
 geöffnet wird / den mann dem Richter von dem Selle nemen mag / also daß  
 er stören soll / fürderlich vñ dieser Stadt und vñ diesem Bistum zu gehen /  
 über das Camperisch Gebürge / und niemar herwider überzukommen bey er-  
 hencken one Urteil. Man sol auch vñ diese Zit von sinem Gut nemen  
 so vil er der Statt gestolen hat. Actum feria sexta post Valentini  
 anno 1459. Heinrich von Herde / weiln er auch überdas sein erste  
 Hüsfrau zu Tode geschlagen / ward enthaubt / und sein Leib darnach vñ ein  
 Rad gelegt / etc. Aliud octo tertiū, reum ordinem sceleris  
 exponentem, circumstantium, exemplum in actis Senatus de  
 anno 1462. occurrit, aderant tunc in turri Herr Hanns Böckel Ritter/  
 der Stettmeister / Herr Hanns Lumbart der Ammeister / Jr. Diebold Lengel/  
 Jr. Thoman Einhart / Heinrich Bisinger / Heinrich Arge / Frodel  
 Sidenfaden und Michel Rypel. Causam huic delegationi dederat  
 Jacobus Heundorff / falsae monetæ cusor, qui postea ob hoc  
 crimen graviter punitus est, nam olei feruentis aheno injec-  
 tus vitam finiit, mit dem Keschel von Zme zu richten verurteilt worden.  
 Ex Seculi XVI. Annalibus hoc transcribi meretur severa questio  
 anno 1515. celebrata, addito tunc septem e Senatu lectis,  
 Civitatis Advocato ; continentur hi octo sequentibus verbis:  
 anno 1515. die Lunæ ipsa Georgii ist ein peintche Beifa-  
 gung vorgangen in præsentia Dni Johannis Bock , Militis  
 Magistri, Dni Gotosfredi von Hohenburg / Magistri Scabino-  
 rum , Melchioris Buckmamel / Johannis de Blumenau / Jo-  
 hannis Ingolt / Casparis Hoffmeister / & Jacobi Kochensper-  
 ger / una cum Doctore. Dominum Sebastianum Brandium ;  
 Ictum, Poëtam, Oratorem sui Seculi celebrem, per Do-  
 ctorem hic intelligi, dubium non est, utpote qui tunc Civita-  
 tis Argentinensis Advocatus & Consiliarius fuit, vel ut ipse  
 se nominabat Cancellarius Civitatis Argentinensis ; merita  
 illius

illius congregit vir in Historia patria versatissimus, Dnus WENCKERUS in Apparat. Archiv. pag. 15. & 16.

Morem in præsentia septem Testium examinandi captivum ejusque confessionem audiendi, apud Argentinenses a longo iam tempore vigere, satis hæc adducta demonstrant. Nec post Carolinæ Constitutionis publicationem desist hæc Confuetudo, sed in hunc usque diem durat; id modo a recentiori tempore est, quod eine Besiebung nominetur hodie talis legatio septem Illustris Senatus membrorum in turrim, ut præsentes sint criminoso facinora commemoranti, cum sub phrasí mit der Ordnung auff den Thurn/ antiquitus comprehensus fuerit hic actus, ut ex modo prolatis discere est. Addam hic alias formulas quibus hodierna Besiebung in antiquis Senatus Protocollis indicatur, quales sunt: cum ordine uff den Thurn; Herr Ammeister will heut Nachmittag/post prandium, vel hora prima aut secunda, ordine, oder mit der Ordnung uff den Thurn; in protocollo de anno 1534. ita legitur: Erfandt den Maleficenten mit der Ordnung zu fragen; & deinceps nominantur: Herr Stettmeister/ Herr Ammeister/ Dr. Alexius Buchsner/ Michael Schefer/ Witemberger/ Uninger und Eschenbach/ hora prima. In sequeatibus hi loquendi modi observantur: Erfandt/ cum ordine fragen: mit der Ordnung fürstellen und fragen/ wie sie es finden werden: Mit der Ordnung uff den Thurn zu gehen: soll mit der Ordnung peinlich gehört werden etc. Ita sonant formulae decreti hujus actus, ab omni qua retro extat memoria, usque in ultimo clapsum seculum, & in Protocollo anni 1621. d. 5. Martii hæc phrasis usurpat: Erfandt/ man soll beede mit der Ordnung und commination, auch pro discretione würflicher Tortur examiniren und hören. Non obscure simul indigant hæc loquendi formulae, Ordinem seu die Ordnung auf den Thurn/ id est, consuetudinem, morem, vi cuius maleficus condemnari nequit, nisi in turri, ut ex longa observantia loco huic actui, & illum sape subsequenti, Torturæ (unde & der Däumelthurn appellatur) destinato, coram VII. Senatus membris, eo ordinatis, sit de commissio facinore interrogatus, decerni

vel ad habendam placidam & simplicem quæstionem & Examen , vel ad severam quæstionem , & confessionem tormentis etiam a suspecto exigendam, si sponte confiteri recuset ; illud examen , quod celebratur ut libere delinquens commemoret, coram VIIl. a Senatu ad hoc lectis, admissa facinora , ordinaria & proprie phasis Ordinung auff den Thurn exprimit, si autem præter hoc tormenta imponenda sint facinoroso, obstinate delicta neganti, & sic novus actus alteri superaddendus, hic specialiter est decernendus , ac legati & ad hoc denominandi, ut severæ quæstionis eventum exspectent præsentes ; aliis enim hic actus est a priori distinctus, licet non peragatur, nisi & ille præcesserit, & adsint severe indagationi per tormenta, iidem e Senatu, qui spontaneæ confessioni; dum enim reum voluntarie edentem malefactorum rectionem, ne ulla fraus & malitia interveniat, Septem Senatus Assessores audire debent, utique si tormentis ad detegenda perpetrata crimina quis adigitur, adstare oportet, qui omnia ordine & rite fieri cernant, carnificis saevitia reum non relinquent, & referendo Senatui propriam torti confessionem, illum securum reddere possint, quod iusta agat sententiam criminalem pronunciando. Separati hi actus probe adhuc discernuntur, postquam vocabulum Besiebung substitutum in formula mit der Ordinung auff den Thurn locum ; accidit illud ante octoginta circiter annos , nam anno 1635. demum legitur: Erfandt/ man soll die Besiebung befürdern. Ab hoc tempore haec vox Argentinae , ad imitationem aliorum locorum & Doctorum, in formulam solennem abiit, recepta a Curia, inserta Civitatis Commentariis ac Registris , & in hunc usque diem loco prisca mit der Ordinung auff den Thurn loquendi formulæ, plerumque usitata, quando VIIl. e Senatu feliguntur interrogationi, quæ super delicto patrato cum reo instituitur, interfuturi. Scilicet hunc in criminalibus causis

causis procedendi modum dulcissima Patria mea ARGENTO-  
 RATUM servat : accusatus vel delatus, argumentis & suspi-  
 cionibus oneratus carceri includitur , postea, re in Senatu  
 proposita, duo plerumque eliguntur hodie Senatores, qui  
 primo Examini cum captivo habendo una cum Actuario ad-  
 fint; hi cuncta deinde quæ ex captivo cognoverunt ad Sena-  
 tum deferunt, & pleno in Senatu ex scripto recitatur suspe-  
 cti responsio propriis illius verbis præcise consignata. Tunc  
 Illustris Senatus omnia actitata & recitata accurate ponderat,  
 & priscam consuetudinem sequens, decernit eine Besiebung/  
 id est, septem e corpore suo delegat, ut assistant interrogati-  
 oni, quæ iterata vice super commissio criminis instituitur.  
 Septem illi designati Boten desß Raths/ Gesandten vom  
 Rath/ Sieben Geordente antiquitus dicti, (hodie vulgari  
 locutione Commissarii audiunt,) constare solent ex Pratore,  
 & Consule Regente, als der zweyten Häupter / (quo no-  
 mine in MSCta aliqua Ordinatione insigniuntur) Constattofle-  
 ro, & quartuor Senatorii ordinis Viris, quibus Secretarius  
 Judicij Criminalis additus est, ac adhibentur ut denuo per  
 eos admoneatur delinquens de confitendo verum, sive con-  
 spicuum jam sit crimen propria rei confessione, vel indicis  
 evidenteribus, sive nondum sit conspicuum. Unde apparet  
 v. Besiebung Argentina latius quam alibi patere ; nam quan-  
 do qui sua sententia ipse se jam damnavit, solito loco sistitur  
 VII. e Senatu ad hanc solemnitatem lectis, videtur Besiebung/  
 idem involvere ac Delegationem VII. testium ad iteratam cri-  
 minosi confessionem audiendam, eamque Senatui nuncian-  
 dam, ut sententia dici possit ; atque hoc modo non multum  
 dissonat ab ea quam pag. 35. ex Kellero & Besoldo descri-  
 psi ; quando autem & Legatio VII. Senatus membrorum in  
 turrim, ad examinandum denuo cum qui ab Actuario & duo-  
 bus Senatoribus interrogatus super criminis, ea quæ commisit

indicare pertinaciter recusavit, Nostratisbus eine Besiebung dicitur, eo ipso maximam ab aliis locis discrepantiam fovent, appellando ita & Besiebung illam Interrogationem, quæ severam quæstionem præcedere solet, & adhuc spontaneam a reo commemorationem facinorum elicere intendit. Nam more Argentinensibus sueto, si indiciis legitimis pressus, quod obstinate in negando perseverat, Torturae submittendus est, VII. e corpore Senatus congregati in constituto ad hos actus loco, reum, antequam equuleo imponunt, prius serio de spontanea confessione interpellare debent, & si placidis verbis eam elicere nequeunt, tum demum ad severam per tormenta quæstionem deveniunt, & per corporis cruciatus exprimere commissorum veritatem tentant; qua licet eruta, tamen non statut huic confessioni, nisi interveniente aliquo temporis intervallo sit libere iterata & ratificata; itaque coram Actuario & duobus Senatus Assessoribus, an in edita confessione persevereret, reus interrogatur, (ad bancum juris constituitur) repetente reo illa quæ semel confessus est, septem illi Deputati, confessionem criminosi ratificatam Senatu aperiunt, qui deinde condignam maleficio sententiam concipit, reo diem capitalem statuit & denunciat, cæteraque simul quæ in damnati parientam æternam salutem cedere possunt provide curat; ipsa executionis die damnatus deducitur ad Curiam, ut publice in conspectu populi reatum confiteatur; delictum & sententia ibi publice e rostris recitatur, & postquam reus cuncta agnoverit, eo loco ubi malefici scelus luere solent, supplicio traditur.

Protinus ex his liquet, Argentoratensium Besiebung complexu suo non continere ratificationem Confessionis tormentis elicitæ alibi locorum tamen hoc nomen inditum est repetitioni confessionis tormentis erutæ, quando præsentibus VII. honestis Viris fit prælectio eorum, quæ reus ante confessus est, ad ratificandum. Valet in Ducatu Wurtembergico

gico hæc consuetudo, & sub voce Besiebung cognita est,  
uti declarat Würtembergische Landsordnung / pag. 361.  
§.9. Besiebung ejusque requisita ita exponens: wann dem reo nach  
verfleissung vier und zwanzig völiger Stund/ nach aufgestandener Pein/  
sein Urgecht so er bey der Corru zuvor bekenne/ vor sieben ehlichen Männern  
zu vormittagszeit/ und zwar nicht an dem Orte/ Thurn oder Gewölb da er  
torquirt worden/ auch nicht in Beywesen des Nachrichters/ wiederumb  
verständlich vorgelesen wirtd. Adde sequent. §. 10. pag. 362. &  
LAUTERBACH. Colleg. Theor. Pract. ad tit. de Quæstionibus §. 60.

Hæc sunt quæ de natura der Besiebung/ uti apud  
Nostrates in usu est, proferre licuit. Antequam autem co-  
ronidem imponam Dissertationi, expositionem adhuc mereri  
videtur id quod supra asserui, antiquissimum hunc morem,  
in nos usque derivatum, nec per Carolinam Criminalem Cor-  
stitutionem fuisse immutatum, quæ tamen multis Imperii lo-  
cis alias in Criminalibus normam dedit. Ergo ut &  
hoc planum reddam, sciendum est, multos Imperii Status  
renisos fuisse confectioni novæ Constitutionis Criminalis, &  
licet prætextus coercendi abusus Judiciorum Criminalium  
præcipue sedium liberarum der Freystule/ (vid. Recess. Imp.  
Wormat. anni 1521. §. 16. und nachdem hisp̄her.) satis specio-  
sus videretur, pro commendanda nova Constitutione Crimi-  
nali a Carolo V. Statibus proposita, tamen sub variis prætex-  
tibus, potissimum autem quod varii nec uniformes sint mo-  
res & ritus processuum criminalium, quodque multi nulla o-  
pus habeant emendatione, intentionem Imperatoris diver-  
tere voluisse, suspicati intendere Carolum abrogationem ple-  
nariam, vel Judiciorum Westphalicorum, vel etiam totius Pro-  
cessus Criminalis in Germania hactenus usitati, & ita peri-  
culum subesse, ne libertas & jura eorum, damnata per hu-  
jus Constitutionis confectionem & publicationem pate-  
rentur. Hinc tot deliberationes in Comitiis Wormatiensi-  
bus

bus, Spirensibus, Augustanis, Ratisbonensibus, diversis temporibus, (scil. in annis 1521, 1529, 1530, 1532.) de hac re institutæ, cum varios cunctandi modos excogitarent Status, nec id facerent, quod in Recessibus Imperii iplis erat injunctum. Conf. *Recessus Imperii*, in illis Comitiis conclusi, & præcipue *Augustanus* de anno 1532, adde Dissertationem *THOMASII de Occas. Concept. ac Intent.* *Conf. Crim. Car.* §. 34. Fuit & inter hos qui retardationem hujus negotii optabant, Argentoratensis Civitas, totius veteris Processus Criminalis a Majoribus suis sibi traditi reliquæ tenacissima; unde & Legatis suis, quos ad illos Conventus miserat, ne quid ineant in favorem Carolinæ Constitutionis, sed de omnibus, quæ in deliberationem ibi venient, Civitatis Proceres certiores faciant, & speciale eorum mandatum desuper exspectent, sedulo injunxit, dignis notatu verbis: *Gedencket/ ob durch Churfürsten/ Fürsten und gemaine Reichs-Stend ein endeliche Abred/ Geschluß und Annemming der Halsgerichts-Ordnung fürgenommen werden wollte/ follichs Mgl. Herren zugeschrieben/ und deren eigenlichen Bescheid zu begeren.* Memorabiles in primis sunt Literæ, quas hac de re, sub dato die Sabbathi qui 9. Julii erat anni 1530. AMPLISSIMUS MAGISTRATUS ad Jacobum Sturmium, & Matthiam Pfarrerum illum Prætorem, hunc Consulem Civitatis Seniorem, qui Comitiis Augustanis nomine Civitatis intererant, perscriptis, Tenor earum hic erat: *Der Halsgerichts-Ordnung und was deßhalb lange ewers vorigen zuschreibens in Handlungen/ hannt Wir den angestellten Concept wie der uss dem jüngsten Reichstag zu Speyer vergriffen so vil Uns des behendigts erschen und befunden/ das derselbig wie volkommlich Uns zukommen. Das neben so mögen Wir auch nit wissen/ was in demselbigen (weil der jetzt erst beratstge worden) angestelle sey/ deßhalb Wir Uch Unser Gubedungen nit wissen zu überschicken. Alleinig so haben Wir unsern alten und langherbrachten Bruch/ wie Wir gegen unsren Gefangen/ so fürgenommener Wyse by Uns ingelegt/ handeln und fürfaren/lassen anstellen/ und den euch (wovol Ir des zuvor gut wissens tragen) nit wollen verhalten. Mit dem freundlichen Begern/ Ir wollet solchen dem Ußdruck* (wie

übergeben / und so immer thunlich und möglich seyn mag / daruf mit hilf  
 und Rat h anderer understan anzuhalten / daß wir bey demselbigen Brauch  
 (wie wir dann des Herkummen auch geseyet) besonders / dweil er der Billig-  
 heit und gmainem Rechten gemäß ist / blyben und fürgenommener  
 Beuerung erlassen werden / und was euch in dem und andern begegne /  
 uns wissen lassen. Confirmans hac quæ sepius laudatus  
**WENCKERUS Apparatus Archiv. pag. 68.** affert : *Civitates Imperii praeципue restitisse Ordinationi Carolinæ, palam proficentes : Dass man einmahl von den alten Gebräuchen nicht abweichen wolte / und der Straßen halben in causis criminalibus sich keine Maß machen liesse / sondern wenden bey thren Privilegien und Regalien bleiben / zu richten / zu urtheilen und zu straffen / nachdem ihnen Gott und Verstand verleihe. His profecto refractionibus Statuum factum, ut, ipsa quoque perfectione Constitutionis per aliquot annos dilata, per plures annos res successu caruerit, tandemque Cæsar, firmiter proposito suo insistens, diu etiam frustra de Statuum unanimi consensu impetrando solicitus, rem non amplius differendam ratus anno 1532. in Comitiis Ratisbonensibus ordinationem illam publicaverit, addita ad dissentientium vota enervanda clausula, quod hac Ordinatio non debeat præjudicare statuum moribus ac juribus æquis & diuturnis. vid. *Recensus Imperij Ratisbon. anni 1532. tit. 3.* & paulo ante citata *Dissertatio Thomasiana* §. 33. Non item, ut multi perperam statuunt, huic clausula adscribendum est, quod permisum sit Imperii Statibus repudiare hanc Caroli V. Ordinationem ; minime hoc, vera ratio ob quam circa criminalia Leges condere, ac ab Ordinatione Criminali Carolina abire possint, a Superioritate Territoriali repeti debet, ut id celeberrima fama Juris-Consulti diu agnover. Et inde est quod Argentinenses quoque inhæserint processui Criminali, ipsis antiquitus cognito, & Consuetudini simul eorum VII. testibus examinandi reum ejusque confessionem audiendi; quæ usque ad hunc diem observata, meritoretinetur,*

cum & CHRISTIANISSIMI REGIS Constitutioni Criminale satis sit conformis, quippe quæ articulo 21. tit. 14. *Les Interrogatoires sur la sellette celebrare jubet, si poena corporis afflictiva reo sit dictanda.* Si par devant les premiers juges les Conclusions de nos Procureurs, ou de ceux des Seigneurs, & en nos Cours les Sentences dont est appel, où les Conclusions de nos Procureurs Generaux, portent condamnation de peine afflictive, les accuséz seront interrogéz sur la sellette. Ut verba articuli habent. Describit hinc BORNIER ad artic. XV. tit. XXVI. de Appellations Constit. Crim. Reg. *La sellette per un petit Siege qui est distingué par des marques honteuses, & qui n'est destiné, qu'à ceux qui sont réservés à quelque peine infamante; conser & articulum VIII. & IX. Tituli XIX. Ord. Crim. Reg.*

Ultimo addo, non ita alligatum esse huic ein Besiebung discernendi obseruantiae Amplissimum Magistratum, ut non etiam inde recedere possit; omittere utique eam potest, si circumstantiae id suadeant, & tamen si delictum notorie vel confessione rei certum sit, delinquentem morti addicere; unde & venit quod anno 1656. sententia ultimum supplicium continent, in der Erkandtnuß und Verurtheilung vom Leben zum Todt/ insertum sit: ihn nicht zu besieben. Et ita se terminant, quæ pro modulo ingenii atque ratione temporis & subsidiorum, super hujus Materiæ argumento meditari & convergere licuit.

#### Addendum ad pag. 29.

Maximiliani I. Imp. maxime autoritate morem per VII. conjurantes probandi maleficium defuisse, comprobat etiam Privilegium illius apud Kirchegne. Tribunal Nemes iuste iudic. pag. 137. que hanc consuetudinem, in Heribopolensi etiam Episcopatu vigenter, & ob nimios in accusationem impendendos sumpus aecufatoribus gravem, ad instanciam Laurentii Heriboli. Praefulsi, anno 1504. abo levitis abrogationis sequentes rationes ibidem redduntur: quod die sieben Personen nit zu allen Zeiten zu erlangen/ und auch ihr eistliche leichfertig/ und mißenthalts der Verhandlung unwissend deshalbem auf den elben Ursachen und Mängeln solche Obelthäder und Beschä diger mit den Rechten unbestraft bleiben.

SOLI DEO GLORIA.

*Positiones ex singulis Jurisprudentiae partibus.*

I. Sepultura primum inventa videtur ad removendum foetorem, ex cadaveribus provenientem, non defunctorum cauſa, & quæ de dignitate hominis hic afferuntur Jur. B. P. II.  
19. §. 2.

II. Haud quaquam bene Thomas Delbene Prof. Theol. Romanus, affirmat posse quem etiam in judicio, alii quando in alio sensu, quam judex intelligit, jurare, sic que veritatem occultare, seu sincere non fateri.

cap. I. de ju-  
rament. du-  
bit. 17.

III. Nec obsidi qui se ipsum obsidio obtulit, nec illi qui a civitate vel Principe obses datus est, fugere licet.

IV. In literis Commeatus si cui de itu cautum sit, an redditus inclusus intelligatur? quæri solet, affirmativa mihi placet.

V. Dos filiæ supposititiae data, repeti nequit.

VI. Quætionem, an uxor iterum nubens, dotem, quam priori marito dedit, secundo pariter constituisse censeatur? magno numero affirman<sup>t</sup> DD. verissima nihilominus contra-ria sententia mihi videtur.

VII. Infans ab uxore in confinio diversi matrimonii conceptus, posteriori marito adjudicandus est.

VIII. Chiromanta si virginem, quæ manus suas inspice tuit, meretricem designet, actione injuriarum conveniri nequit.

IX. Rationes quas Canonistæ reddunt, quod suffragium in electione per literas reddi nequeat, mihi non satis commodæ videntur.

X. Licet de Paroemia, vel esse vel fore nequam; qui scienter meretricem dicit, der wissenschaftlich eine Hure oder Geschän- dete nimbt/ ist entweder ein Schelm/ oder will einer wer- den/multi non magnifice sentiant, nihilominus tamen ratio- nem eam habere, cum Hertioassero.

parem. jur.  
Germ. pa-  
rem. 12;

XI. In actu Sepulturæ cani posse Te Deum Laudamus cum Stryckio contra Rebuffum affirmo.

Uf. Med. II.  
tit. de Reli-  
gio. & simila-  
rit. fun.

Ut

XII. Ut eodem tempore & Imperator & Rex Rom. eligantur nihil prohibet.

*de stat. Imp.  
Germ. cap. 5.  
§. 27.*

*Schilter. Li-  
bers. Eccles.  
Germ. Lib.  
VI. cap. V.  
§. 11.*

XIII. Preces Primariae reliquiae sunt juris Imperatorii circa sacra, ita dicuntur non quasi per modum precum, ut Monzambanus sentire videtur Imperator jus hoc exerceat, aut preclaro ex mero indultu & privilegio Pontificis R. id ipsum habeat; nam vera appellationis ratio a potentis precibus demunda est.

XIV. Germanicarum Regionum Domini, etiam ante restaurata Sacra jam dudum gavisi sunt Jure circa Sacra.

XV. Elegans quæstio est, an Dominus Regionis antigrapho seu literis, quas vocant, reversalibus certæ religioni se adstringere possit? affirmativam defendere animus est.

*de stat. Imp.  
Germ. cap.  
4. §. 6.*

*2. F. 26. §.  
Si Vasallus,*

XVI. Sententiam Pufendorffii sub nomine Monzambani afferentis, Carolum IV. ut Filio suo aliquando imperium pararet, & Auream Bullam condidisse, & maximis largitionibus Electores maestasse, locum suum tueretur contra objectiones dissentientium.

XVII. In insigni illa controversia an & quomodo Vasallo de Feudo transigere licet, doctrinam Bitchii quam in incomparabili in Confuet. Feud. Commentario proponit, cæteris præferendam, & distinctionem DD. inter transactionem, quæ tendit ad feudi conservationem, vel ad ejusdem amissionem, rejiciendam esse existimo.

XVIII. Fœmina nec in Feudo Franco sivecedit.

XIX. Agnatus contractum alienationis Feudi subscribens, pro consentiente non est habendus.

XX. Vasallus qui ignorans uxorem Domini, cum ea consubuit, Feudum non amittit; sed qui illi quam sciebat sponsam Domini, stuprum intulit, Feudo privari potest.

T A N T U M.

Straßburg, Diss., 1716-13

ULB Halle

3

005 360 048







J. N. J.  
DISSERTATIO INAUGURALIS JURIDICA,  
DE  
**USU VII. SACRAMEN-**  
**TALIUM IN PROBATIO-**  
**NE, VEL VII. TESTIUM IN**  
**CONFESSIONE CRIMINIS,**  
von  
**Gesiehnungen,** 1716 A.  
QUAM  
SOLE JUSTITIAE PRÆSIDE  
EX DECRETO ET AUTHORITATE  
MAGNIFICI JURISCONSULTORUM  
IN ALMA ARGENTORATENSIMUM  
UNIVERSITATE ORDINIS,  
**PRO LICENTIA**  
SUMMOS IN UTROQUE JURE HONORES  
ET PRIVILEGIA DOCTORALIA RITE  
CONSEQUENDI  
**SOLENNI** Eruditorum Examini  
submittit  
Ad Diem XX. Mensis Augusti Anno MDCCXVI.  
Horis locoque solitis  
**FRANCISCUS HENRICUS BISCHOFF,**  
Argentoratensis.  
ARGENTORATI Literis JOSIA STÆDELII, Acad. Typogr.